

August Varenius Georg Dunte

Disputatio Theologica De Religione Tutissima Ex iudicio Papismi, Calvinismi, Photinianismi

Rostochi[i]: Richelius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740010441>

Druck Freier  Zugang



RU. Med. 1656

Varenius, August

Vit. Düntz, Georg

DISPUTATIO THEOLOGICA 23
DE
RELIGIONE
TUTISSIMA

Ex iudicio
PAPISMI, CALVINISMI,
PHOTINIANISMI.

QUAM
SUE PRÆSIDIO
VIRI plurimum Reverendi, Amplissimi
& Excellentissimi

DN. AUGUSTI VARENI,
S. S. Theolog. Doctoris nominatissimi, Catechescos & S.
Lingvæ Professoris non minùs celebratissimi quam probatissimi,
Dn. Patroni, promotoris atqve Fautoris sui maximè
& unice venerandi,

Publica ventilationi exponit
M. GEORGIUS DUNTE,
Revaliâ - Liv.

A. post natum Christum 1656. d. 1. Novembr.
In Auditorio Majori.



ROSTOCHI,
Typis Johannis Richelii, Senatûs Typogr.

M.M.M.L. 9.

UNIVERSITÄT ROSTOCK

RELLIGIONIS
TUTISSIMA

Ex libris


PAPISMA CALVINISMI
PHOTINIANISMI

SUB SIGILLO

DN. AUGUSTI VARI

Dr. Augustus Vari, Theologus, Professor in Rostock, 1714
Dr. Augustus Vari, Theologus, Professor in Rostock, 1714
Dr. Augustus Vari, Theologus, Professor in Rostock, 1714

M. GEORGIUS DINTER



UNIVERSITÄT ROSTOCK

Rostock

Typis Johannis Richelii scriptis



כִּירֵי אֲבוֹת יֵעֹן

§ 1.



Ro Religione tutissimâ, quæ esse non potest nisi una Catholica, magnus veritatis triumphus est, quem dat illi liberalitas adversariorum, Argumento insigni contra Apostasias seculi. Ab illâ enim sive Ecclesiâ, sive religione, quæ, ipsorum Adversariorum iudicio, Christiana, vera, & à necessario salutis obice libera pronuntiat, cuius communio, fraternitas, Symbolica societas, magnis protestationibus expetitur, deficere ad illam, quæ prioris iudicio sive hæresium, sive errorum saltem est rea, ita ut sit in illâ vel insigniter dubia, vel nunquam speranda salus, magnum omninò sive levitatis, sive impietatis & Atheismi crimen habet. Novit Deus, novit cadentium conscientia, in Apostasiarû Rationibus committi ut plurimum fallaciam causæ: Cælum allegari, clivos montesq; intendi. Pompa fallax seculi, blandiùs aliquando spirans aura Romæ & Vaticani Favonius Aquilone vel Arcto clementior, splendidior in pauperiâ Petri Patrimonio Christianismus, avocant alios: neq; negare ausim iliacos intra muros aliquando peccari, & modis multiplicibus domi fenestras labentibus pandi. Sed de querelâ casuum, nostrum in præsens non erit institutum. Tutissimam Religionem nostram ostendet triplex illius comparatio cum iudicio Papismi, Calvinianismi, Photinianismi: Sub his enim signis hodie ferè militat, quicquid est famosiorum hæresium, vel sine hæresi insigniorum errorum, ut ita etiam hic adimpleatur illud argumentum Mosis Deut. 32. 31. quod Lutherus noster expressit egregie: **Daß unser Fels nicht ist/ wie ihr Fels/ des sind unsere Feinde selbst Richter.**

Syllogism. pro Religione tutissimâ, non deserendâ

Talem esse Lutheranorum probatur. 1. Respectu Papismi.

§. 2. Ecclesiæ titulum Papismo concedimus, quo modo leproso, hominis, qui scilicet clamabat טמא טמא id est, immundus, immundus,

A 2

mundus,

2
An Papi-
smus hare-
ticus?
Sententia
M. A. de
Domisio.

mandus, ex Lege Levit. 24. 45. 46. Sed annon erimen atrox Romanam Ie-
profam, id est, hereticam dicere. Ipse M. de Dominis Salonitanus
Archiepiscopus, Regnorum Dalmatiae & Croatiae Primas, cum iam
Consilio itineris & secessionis à fide Romanae Curiae accinctus esset,
non tulit hoc crimen. Ita ille lib. 7. de rep. Eccl. c. 5. p. 89. 90. Quod
ad Ecclesiam Romanam particularem spectat, non puto quidem illam un-
quam à verà catholicà fide in fundamentalibus defecisse: certum tamen
est, ipsam ex culpà suorum Episcoporum Papatum falsum invehentium,
plurimos Papatus errores hausisse. Hos tamen errores non puto ullà ex
parte esse Catholicae fidei fundamentalis destructivos: aliud enim est desi-
cere à fide per ellipsin seu defectum: aliud, officere fidei per excessum: ve-
ra & propriè dicta heresis consistit in defectu, ubi articulus fundamentalis
vera fidei negatur, seu non creditur. Ego profectò sub Ecclesià Romanà
natus, educatus & promotus sum: ac sub eà consensui: sed me hereticum
vel materialitèr saltem unquam fuisse, neque volo, neque debeo fateri, & ta-
men erroribus omnibus Ecclesiae Romanae diu sui imbutus. Nullus enim
prorsus, quoad fundamentalia, Catholicae verae fidei articulus est, quem
aut ipsa neget, aut eum ipsa unquam negarim: per excessum tamen verae
fidei Curia Romana varia fecit additamenta, & novos fidei articulos ipsa
ex se producere voluit, & indices cudit, quos nec scriptura habet actu aut
virtute, nec antiqua Ecclesia unquam agnovit, quique ex parte manifestam
continent, fortasse etiam contra fidem, si non directè, saltem indirectè &
deductivè in non fundamentalibus falsitatem, & idè inter magnos erro-
res merito debent computari, qui licet integram veram fidem Catholicam
Romae relinquunt, eam tamen puram non relinquunt: sed inficiunt, de-
surpant & conspurcant, ac impuram reddunt & deformatam. Propte-
rea tamen hereticam absolutè non dixerim, quia non puto semper esse
heresin, asserere aliquid esse de fide, quod reverà de fide non sit. Con-
cludit idem Adiaphorista & Conciliator infelix p. 90. §. 42. Ecclesi-
am Romanam, si spectes defectum, quoad fundamentalia, uti semper fuis-
se: ita nunc etiam esse perfectè Catholicam, quatenus integram veram fi-
dem catholicam fundamentalem servat & profitetur: esse tamen agram,
esse non sanam, esse impuram & deformatam propter excessus illos & addita-
menta.

§. 3. Summa dictorum continetur hoc Syllogismo M. A. de
Domi-

Dominis : Quæcumq; Ecclesia non habet defectum, quoad fundamenta-
 lia, illa est perfecte Catholica. At Ecclesia particularis Romana, etiam Sententia
 ut nunc est, non habet defectum quoad fundamentalia. E. illa ut nunc
 est, est perfecte catholica. In majori nihil desideramus. Videri summa-
 riq; videm peterat, ellipsin illam non sufficere: sed hæresin quoq; ve-
 dari *ἡρεσιολικῶν*, ut adeo hypothesis, quæ est in majori, ita sit li-
 mitanda: Omnis hæresis consistit in fidei ellipsi, seu articuli alicujus sym-
 bolici & fundamentalis defectu, vel excessu destructivo: Cæterum illa li-
 mitatione haut opus. Fatetur idem, articulos qui sive actu, sive vir-
 tute aut consecutivè, veri alicujus veræ fidei articuli contineant negatio-
 nem, atq; adeo sint destructivi catholice fidei fundamentalis, hæreses esse,
 & Ecclesiam, quæ tales pro veris fidei articulis obrudit, hæreticam: item:
 quando assertitur aliquid esse de fide, quod reverà non est, hæresin nihilo-
 minus esse, si in tali assertionem virtualitèr includatur alicujus veræ fidei
 articuli negatio & destructio. Moles ergo omnis in probandâ mi-
 nore, cui contradicimus: & sufficit hîc contra Marcum, Marcus.
 Quomodo cum perfecto catholicismo convenit, esse impuram, desor-
 nem, non sinceram & hæresin fortasse aliquâ circa non fundamentalia sal-
 tem indirectè contaminatam? Quomodo id quod habet §. 41. Arti-
 culi illi quos addit Papatu non sunt hæreses: sed magni errores: quia
 MULTI neq; actu neq; virtute aut consecutivè veri alicujus veræ fidei
 articuli continent negationem? Ratio illa probat, non omnes articu-
 los Papismi esse hæreticos, non probat, nullos esse hereticos: unde
 contradictoria sequitur conclusio, & Ecclesia non perfecte catholica,
 sed hæretica. Unius articuli fidei negatio (sive directa sive indire-
 cta) ad hæresin sufficit. Neq; unquam tam absurdi fuimus, ut
 sine discretione dogmata Papisitarum singula hæreticorum titulo
 notarem. Placet nobis judicium Sorbonæ: Multa sunt falsa, et si non o-
 mnia Pa-
 pismi ha-
 biles, & in talibus non cadit hæresis, quia hæresis importat corruptionem
 retica.
 fidei Christianæ. Ita & Thom. 2. 2. de hæres. art. 2. & Cajetan. tom. Probatur
 2. 1. 1. p. 99. Quædam sunt credenda, tanquam necessario credenda, item Inductio-
 quod contrarium sentiens est hæreticus: quædam verò tanquam probabili-
 tær & piè credenda, ita quod contrarium sentiens non est hæreticus, ut quæ
 de assumptione beatæ virginis cum corpore, & sanctificatione ejus in utero
 matris, & aliis hujusmodi communis Ecclesie pietas probabilitèr credit.

Marcus de
 Dom. re-
 futans se-
 ipsum.

Papismus
 hæreticus,
 et si non o-
 mnia Pa-
 pismi ha-
 biles.

4.
Dogmatū
Papismi
erroneo-
rum, etſi
non here-
ticorum.

§. 4. Dantur dogmatā, quæ quidem poſſunt abſq̄: jaçturā
ſalutis non credi: neq̄ve tamen credi poſſunt, nec debent, niſi jux-
ta verbum DEI revelatum: unde omne oppoſitum illi veritati,
error quidem eſt, neq̄ve tamen hæreſis. *Poſitiva orthodoxia noſtræ*
dogmata ſunt: Omnes homines, excepto uno Chriſto, & adeò i-
pſam quoq̄ve Beatam, ſemper Virginem conceptam fuiſſe cum ori-
ginali peccato, (ſubtilem Cajetani diſtinctionem, inter præſervati-
onem totalem à peccato originali, per privilegium Carnis non in-
fectæ, & obligationis, quoad ſeq̄velam virtualem maculæ, reatu-
um, fomitis, negatæ, & præſervationem tantum à maculâ peccati
originalis & in ſeparabilibus illi maculæ, e. c. reatu æternæ poenæ,
damni, non item fomite, etſi per gratiam ligato, nec reatu clauſæ
januæ vitæ æternæ, nec mortis temporalis, quippe nec ſcripturæ,
nec patribus probatam, & hypotheſibus erroneis, de duplici con-
ceptione, de animæ infuſione, de fomite ſeu peccato originis ſine
maculâ, de fomite nonniſi carnis, de morte, & clauſâ janua vitæ æ-
ternæ, utraq̄ve poenâ naturæ, illâ, ex parte Carnis, hac, temporis,
ſuperſtructam repudiamus) Numerum ſacramentalem Nov,
T. eſſe ſaltem dualem, Baptiſmum Johannis eandem ordinariè
contuliſſe gratiam gratum facientem, quam baptiſmus Chriſti A-
poſtolicus, infantes baptiſatos credere actu fidei propriæ, præſen-
tiam ſacramentalem Eucharisticam ita ſe habere, ut ſeorſim de-
tur corpus Chriſti unitum cum pane ad edendum, & ſanguis Chri-
ſti ad bibendum ore corporis, ex principio verborum inſtitutio-
nis: manere in Eucharisticâ panis & vini ſubſtantiam, ex mandato
Teſtatoris obligari omnes communicantes æq̄ve ad ſumtionem
Eucharistici calicis, quàm panis: remiſſionem peccatorum,
eſſe præcipium effectum ſalutarem Eucharisticum. *Estemur, ſi*
quis ex ignorantia moralitèr invincibili, hæc ignoret, non ſtatim
metuendam ἱημίασ ζωῆσ αἰώνισ, ſeu ſalutis jaçturam: ſi autem quis
*contradictorium defendat (anathematizatas illos certè non λαλῶν-
τες ἐσ πνεύματι Θεῷ. Sed, λέγοντες ἀναθεμα τὸ πνεῦμα τὸ ἀληθείας,*
1. Cor. 12. 1. 2. iudicio Dei percuffuri terram anathemate committi-
mus) hætenus quidem non eſt hæreticus, omninò tamen inſigniter
ERRONEUS.

§. 5. Error

§. 7. Erronea ergo sunt (quatenus concipiuntur abstracto anathemate) illa Pontificiorum Tridentinorum: 1. Si quis dixerit, sanctissima Eucharistia precipuum fructum esse remissionem peccatorum, anathema sit. Conc. Trid. sess. 13. can. 5. p. 107. 2. Si quis dixerit, S. Ecclesiam Catholicam in eo errasse, quod Laicos & Clericos non conficientes sub panis tantummodo specie communicarit. Item: S. Q. D., secundum ipsius Christi institutionem non nisi sub utraque specie sumi, anathema sit, Conc. Trid. sess. 21. can. 23. 3. Si Q. D., In sanctissimo Eucharistiae sacramento remanere substantiam panis & vini una cum corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi, negaverit, transubstantiationem, anathema sit, Concil. Trident. sess. 13. can. 2. 4. Statim post consecrationem existit verum Domini nostri corpus, verumque ejus sanguis sub specie Panis & Vini, una cum ipsius anima & divinitate: & corpus quidem sub specie Panis, Sanguis, sub specie Vini, vi verborum: ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguis sub specie panis, anima, sub utraque vi unionis hypostatica. Si quis ergo negaverit in venerabili sacramento Eucharistiae sub unaquaque specie, & sub singulis unius cujusque speciei partibus separatione facta eorum Christum contineri, anathema sit, Syn. Trident. sess. 13. cap. 3. & c. n. 3. 5. Infantes non credunt actu fidei propriae: sed baptizantur in sola fide Ecclesiae, Sess. 7. tit. de bapt. can. 13. 6. Si quis dixerit, Sacramenta novae Legis fuisse vel plura, vel pauciora, quam septem, A. S. Sess. 7. de Sacr. in gen. 7. Si quis dixerit, baptismum Johannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi, A. S. Sess. 7. can. 1. de Bapt. 8. Ubi de peccato originali agitur, non comprehenditur, beata & immaculata Virgo Maria, Dei genitrix, Conc. Trid. sess. 5. decret. de pecc. orig. Atque utinam in aliis zizaniis satis à Diabolo atque vigiles fuissent homines sub nocte Papatus: Utinam eodem, quo in hoc ultimo, usa Roma temperamento abstinuisset illa definitivarum & anathematum liberabilitate. Melius sanè & sibi, & Christiano orbi consulisset.

§. 6. Jubet Synodus Tridentina loc. sup. alleg. in hac quaestione de Maria Privilegio observare Institutionis Sixti IV. Quid illae velint, patet ex lib. 3. Extravag. comm. tit. de reliq. Jusserat constitutio prima, ut Virgo Maria, Regina caelorum, sedibus praelata athera, via misericordiae, mater gratiae, humani generis consolatrix, pro salute

Quos inter
dogma
de
Conceptio
ne Mariae
virg. im-
maculatae,
de quo
proponi-
tur.

1. Concili-
um Tri-
dentinum.

6. *lute fidelium sedula oratrix, peculiari festivitate conceptionis, & in illa Missis, aliisq; divinis officiis honoretur, ut universi Christi fideles fiant ejusdem virginis merito, & intercessione divina gratia aptiores.* Dedit illa constitutio publicda anno 1476. turbas, & harum occasione, constitutionem alteram: quia scilicet non deerant *diversorum ordinum predicatorum* (verba sunt conslit. poster.) qui publice in sermonibus ad populum, & libris editis affirmare non erubuerunt, omnes illos, qui tenent aut asserunt eandem gloriosam & immaculatam Dei genericem absq; originali peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hereticos, ejusdem immaculata conceptionis officium celebrantes. Sciatum ergo sub excommunicationis poena, ne alterutra pars alteram haerescos & peccati mortalis ream arguat, Cum nondum sit a Romana Ecclesia & sede Apostolica decisum. Ostendit hic Roma infallibilis sui Papae! insigne deliquium, quomodo & Paulus V. ac Gregor. XV. Pontifices, Philipp. Hispan. Monarch. definitivam a Romana sede petentibus responderunt: Pontificem nihil posse amplius in hac controversia prestare, donec Spiritus ex alto infuderit. Spiritum nondum tanti mysterii penetralia Ecclesiae suae patefecisse, teste Waddingo Minorita.

2. Papale deliquium.

3. Judicium de querela pontificum.

S. 7. Prodigio autem simile, Infallibilis hic nudum latus, vel peccus ostendere, & adeo quere de tarditate vel invidentiâ Spiritus, qui cum maxima regni caelorum mysteria liberalissimè revelaverit, in hoc minori mysterio summum totius Ecclesiae pastorem & suum residentera visibilem, vacua voluit remeare carinâ. An aliquis latet error? Sanè precipitantiam Sixti insignem oportuit fuisse, qui sint Consilio Spiritus intimavit *IMMACULATAE Conceptionis festum*: ceterum, in magna ignoratione rerum versatur, qui velex vocabulo *IMMACULATAE* non videt, pro quâ parte definitiva anathemate armata futura fuisset, si ex Oecumenici peccatori producenda fuisset: pronuntiasset sanè pro illa parte, quæ per *immaculata conceptionis* laudes impiè blanditur gloriose virgini. At sic toti orbi fallibilem se ostendisset & falsum Infallibilis. Non sane tam ad Palinodiam faciles omnes hic forent, quàm fuit Parisiis Johannes de Montefono, qui cum in disputatione posuisset theses 9. 10. & 11. tales: 9. *Afferere aliquid fere verum, quod est contra S. Scripturam, est expressivè contra fidem.* 10. *Non e-*

Polinod.
Johan. de
Montefo.
no.

mmmm

munem hominem præter Christum, & in specie B. Mariam virginem & Dei genetricem non contraxisse peccatum originale, est expressè contra fidem. II. Magis expressè est contra S. Scripturam, B. Virginem non esse conceptam in peccato originali, quàm ipsam simul fuisse beatam seu comprehendentem & viatricem ab instanti sua conceptionis vel sanctificationis, iussus à Sorbona revocare, Propositiones has, inquit, revoco, tanquam falsas, scandalosas, præsumtuosè assertas.

§. 8. Cœterum majori hic animo (ut nihil nunc dicamus de Partibus, de Gratiano de consecr. dist. 3. & 4. de THOMA Ambiguo, quippe qui in 2. & 4. sentent. defendit: Omnes homines præter Christum concipi in peccato origin. in 1. sentent. autem: B. Virginem fuisse immunem ab omni peccato, nihil de Richard. de med. vill. in 3. d. 3. Egid de Rom. Greg. Arim. in 2. l. d. 30. q. 2. Durand. Petr. de Pal. de Eremit. Carmelit. Cartus. Cisterciens. prædicator. Ordinibus qui hic anti-Sixtini) fuere contradicentes Albertus M. Dicere inquit, beatam virginem fuisse conceptam sine peccato originali est hæresis consummata, Paulus de Pervis. in 3. dist. 3. Firmiter est tenendum B. Virginem fuisse in originali peccato conceptam, tum quia fuit concepta per concubitus viri & mulieris, tum quia solus Christus fuit conceptus sine peccato originis. Bonav. in 3. Si B. Virgo non habuisset aliquod peccatum, non fuisset Christi morte redempta, quod impium est & nefarium: Alex. Al. Immaculatam virginis Mariæ conceptionem dicit esse contra Catholicam fidem, Johan. Teuton. gl. in decretal. Festum conceptionis Mariæ non est celebrandum, quia fuit concepta in peccato, sicut ceteri sancti excepta unicâ persona Christi. Placè autem anti-Sixtinus fuit Barleta (quantæ autem autoritatis ille vid. Ben Brixianus in Pref. ad Thom. Cajetanum) in sermon. festiv. concept. B. Virg. ubi urget hoc argumentum: Contradicere S. Scripturæ, attribuire virgini, quod solius est Christi, asserere oppositum ejus, quod omnes serè famosi Dd. tenent, est erroneum, impium, nefarium. At dicere B. Virginem non esse conceptam in peccato originali est tale &c. E. Ita ille Pontificius ord. fratr. prædicat. primarius, qui idem ad objectionem de indulgentiis, quas dederit Sixtus IV. celebrantibus conceptionem Mariæ respondit: De solo SIXTO legitur, quod fuerit illius opinionis, cum alij SANCTIORES fuerint opinionis contraria. Papa errare non potest,

B

ut vi-

4. Παρρη-
σία con-
tradicen-
tium pon-
tificiorum

ut vicarius Christi : sed potest, ut talis homo, vel persona. Mitior sane hic videri poterat Cajetanus. Posuerat ille tom. 2. tract. 1. de concept. B. Virginis c. 2. neutram sententiarum in S. Scripturâ certisq; fidei dogmatis necessariis explicite haberi, & utramq; partem sustineri posse cum veritate S. Scripturæ, reliquisq; necessariò creditis à Christi fidelibus. Ad idem ille c. 3. non saltem sententiam illam, quæ dicit B. Virg. esse præservatam à peccato originali & reatibus, contrariam esse dicit fidei Catholicæ, repugnare his, quæ in sacrâ Scripturâ, & aliis documentis fidei certis & necessariis continentur, resolvi in manifestam hæresin, qualis contineatur in hac propositione: CHRISTUS non est mortuus pro omnibus : sed & contra illam subtiliorem de præservatione à maculâ, quæ juxta Cajetanum stare poterat cum futuro remedio per incarnationem & mortem Jesu Christi exhibendo, & in cujus sensu explic. Bull. Sixt. IV. Scot. 3. sent. dist. 3. q. 1. Fr. de Matr. in 3. sent. dist. 3. q. 2. adducit Cajet. c. 4. Sanct. 16. August. in Psal. 34. Chrysost. in Matth. sanct. Euseb. Emis. 5. Episcop. 2. Serm. nat. Dom. S. Remigium super Psal. S. Max. in serm. de ass. B. Virg. Beda in hom. Anselm. lib. cur Deus homo, Bernhard. in Epist. ad Lugd. S. Erard. serm. nat. B. Virg. Ant. de Padua serm. de nat. B. Virg. Thom. de Aquin. 3. part. quæst. 27. art. 2. S. Bonav. 7. sent. d. 3. q. 1. a. 2. Bernardinus Minorit. op. 3. serm. Vincent. Confess. serm. de concept. Virg. Obji. loquuntur de lege communi, Resp. loquuntur de individuo singulari. 2. excipiunt solum Christum à maculâ originali peccati. 3. Excipiunt B. Virg. in privilegio uterinae sanctificationis. E. Non in privilegio uterinae à maculâ præservationis. Obji. Loquuntur de debiro, non de facto, Resp. 1. Loquuntur absolute. 2. non ponunt in B. Virg. peccati originalis debitum : sed ipsum peccatum. Obji. 3. B. Virgo fuit concepta in peccato originali, quoad conceptionem ante infusionem animæ, & non quoad conceptionem in instanti infusionis animæ. Resp. 1. Loquuntur ita de conceptione B. Virg. Mariæ sicut de concept. alterius *Ἐμπαλῆως* geniti. 2. sermo semper est de conceptu in animatione. 3. sine anima non est originalis culpa. 4. solum corpus non facit Virginem, Sic quærat de immaculatâ virgine, quæritur post animam. Obji. Si illi sancti nunc essent, dicerent oppositum. Respondet Cajetanus:
1, Hac

1. Hæc est stultitia, 2. tam verâ, quemadmodum verum puto, quod
 si Christus nunc in terris conversaretur, mutaret doctrinam fidei
 suâ. *Obji. Dd. tenentes præservationem à maculâ ex specialissimâ gra-
 tiâ sunt numero infiniti.* Resp. Omnes illi Dd. sunt recentes mo-
 derni. *Obji. Scot Francisc. de Mair.* Resp. Duo non sancti non
 possunt contra tot sanctus. 2. Scotus est timidus: dicit: **DEUS**
NOVIT. 3. Excellentius tribuit Mariæ. 4. Magis in iis, quæ sunt
 fidei, sentiendum cum antiquis, quàm cum modernis. *Obji. Re-
 velatio B. Brigidæ.* Resp. 1. Brigidæ opponitur Cath. de Senis, cui re-
 velatum oppositum. 2. Hæc perfectè canonisata: illa in Schi-
 smata. *Obji. Aug. Anselm. Non volunt habere quæstionem de Mariâ
 propter honorem Domini.* Resp. 1. Debent afferri in specie autori-
 tates sanctorum & antiquorum, peccati originalis maculam ne-
 gantes à beatâ virgine. 2. Idq; non tempore conceptionis JESU
 Christi: Sed tempore conceptionis propriæ. *Obji. Synodus Basl.
 Anno 1439.* Resp. 1. Synodus erat Schismatica. 2. Inde non nisi
 Synagogæ Satanae autoritas afferri potest. 3. Opponitur illi
 Concilium Ferraria-Florentinum, ubi inter dogmata fidei hæc ha-
 bentur: *Firmiter credit, profitetur, & docet SS. Romana Ecclesia, ne-
 minem unquam ex viro sæminag, conceptum à Diaboli dominatu fuisse
 liberatum, nisi per fidem Mediatoris Dei & hominum, JESU CHRISTI
 Domini nostri, qui sine peccato conceptus, natus & mortuus, humani ge-
 neris peccato delendo, solus suâ morte prostravit, & regni cælestis introi-
 tum, quod primus homo peccato proprio cum omni suâ successione perdi-
 derat, reservavit.* *Obji. Cultus Ecclesiasticus, festum concept.* Resp.
 Ob sanctificationem non præservativam: sed mundativam. *Obji.
 Scandalum.* Resp. Illud non est activum: sed passivum. *Obji. Pie-
 tas opinionis contraria.* Resp. 1. Ergò etiam licet credere Mariam
 sub Christo conceptam fuisse de Spiritu sancto. 2. Quicquid est
 gratiæ, sub Christo tamen, collatum esse Mariæ ad actualem mun-
 ditiam à peccati maculâ, pia est credulitas, nisi obstarent autori-
 tates Sanctorum. Quod Scotus dicere timuit, minùs docti dice-
 re non timent, propterea fortassis, quia ad pauca respicientes de
 facili enunciant. *Obji. Nova revelationes.* Resp. 1. sunt phan-
 tasiæ vel etiam figmenta, 2. Angelus Satanae aliquando transfor-

matur in angelum lucis. Itā *Cajetanus* contra sententiā pontificiorum, quā quia multitudine sequacium & favoris amplitudine conspicua apparet, vocavit *tolerabilem*, quia scilicet scribebat *Leoni X.* Pontifici, *deemeret in Lateranensi Synodo*: utrum DEUS beatissimam Virginem à Peccato originali præservaverit, an mundaverit? Patebit facile, quid Pontifices moverit, ut hic ostenderent clausum pectorale. Patebit non minùs, non semper sub Papatu dormitù: sed bonâ fide datos aliquando, qui observarint sata zizania, vid. *Joh. de turrecremat.* & *Vincent. de Castro nov.* Manet de cœtero, dogmata superiora ab anathematismis abstracta errores quidem magnos esse: hæreses proprie loquendo non esse.

*Errores
positivi,*

§. 9. Neq; alio titulo afficimus errores Romano-Papisticæ Ecclesiæ positivos, de *baptismo* extirpante, quicquid habet peccati rationem, de *Lege divinâ* seu observatione præceptorum perfectâ viatoribus, de *consiliis* & operibus supererogationis, de *Sacramentis* sine actuali bono motu utentis gratiam conferentibus, characterem imprimentibus, de *confirmatione*, *extremâ unctione*, de *consecratione*, de *requisitione ad peccatorum remissionem*, seu contritione, confessione, satisfactione, de *calice eucharistico*, aqua miscendo, de *Sacerdote communicante solitario*, de *Sanctorum intercessionibus* expectandis in *Missa*, de *vera & externa sacrificacione*, durabili ex instituto Christi in Ecclesia N. T. de *Purgatorio*, de *cœlibatu Sacerdotum*, de *cultu Imaginum*. Hæc sanè orthodoxus ex scripturis informatus constantè negat: quidam Christianus sine salutis periculo, tam negativè, quam positivè, ignorat: non autem nisi heterodoxus, & sive seductus, sive seductor affirmat: hætenus tamen nec talis hæreticus: Ecclesia autem, quæ ita docet, nec hæretica, nec perfectè catholica. Licebat de dogmatis hic majori numero usurpare illud Pauli 1. Cor. cap. 3, v. 12. de *superstructoribus corruptis, lignorum, fœni, stipularum*, dogmatum scilicet non hæreticorum: erroneorum tamen, non necessariorum, verbo divino alicubi directè contrariorum (neq; enim illa ex levitate æstimanda venia: sed ex comparatione auri, argenti, gemmarum, & sustinentiâ ignis probatorii, vilia, despecta) de *qua tota superstructura* testabitur aliquando dies, *ἡ 2ῃ ἡμέρᾳ θηλώσῃ*, dies scilicet τῆς κρίσεως, seu *judicii*,

*Applicatur
textus
Pauli
de diversis
Archite-
ctis, ex
1. Cor. 3, 12.*

judicii, *dies judicii*, seu *δοκιμολόψως* JESU CHRISTI *ἐς τὴν*
φλογὴν. Superstructura scilicet aurea *manebit cum superstruentes*
idq; erit merces architecti. Altera autem illa *exuretur igne*, idq; erit
ζημία architecti; (*ζημιωθήσεται*), scilicet *ἐς τὴν ψυχὴν ἀλλὰ τὸ ἔργον*
ὁ ἐπωκωδόμενος, & servabitur quidem & hic: sed non sine periculo,
 atq; aded *σωθήσεται* ὡς *ἀξιοπύβος* 1. Cor. 3, 15.

§. 10. Sed his erroribus non absolvitur præsentis Romæ fides.
 Habet illa articulos, qui vel *actū propiore* vel *necessariâ consequentiâ*
 negationem continent veræ fidei articuli, & aded sunt, ut loque-
 batur supra Dominus Marcus *catholicæ fidei fundamentalis destrueli-*
vi, quo probato, tantò magis apparebit falsitas minoris. Articulos
fundamentales nunc astimamus ex Symbolis: neq; tamen tam *ἐν τῷ*
γράμματι Symbolorum: quàm *ἐν τῷ ἁγιογράφῳ*. Neq; Symbo-
 la hic poscimus, nisi œcumenica in numero plurali: licet Symbo-
 la non sint pugnancia. Effet aliàs nulla hæresis. Omnis enim hæ-
 resis admittit τὸ *γράμμα*, saltē unius Symboli: sed, uti calumni-
 atores Christi nihilominus *ψευδομάρτυρες*, Matth. 26, 61. etsi tene-
 bant τὸ *γράμμα* Christi, Johan. 2, 19. ita illi nihilominus hæretici,
 etsi tenent literam Symboli. Explicant hæreticè, & hoc ipso abne-
 gant *Parallelisimum dogmaticum*, & ipsam aded *dogmatis substantiam*,
 uti illi *ψευδομάρτυρες*, quod de templo corporis dictum interpreta-
 bantur seu allegabant dictum de templo Zorobabelis. Sic Carnis re-
 surrectio, est in Symb. Apostolico, articulus Symboli. Professores
 nobilcum esse volunt Sociniani. vid. Coll. Alb. An admittunt arti-
 culum? Sanè *ἐν γράμματι*: sed non in sensu orthodoxo: exegesis
 illorum: Credo *carnis resurrectionem*, id est, *credo corpus*, quod nunc
 est caro, *resurrecturum aliquando*, ita tamen, ut tunc non sit futurum ca-
 no, atq; aded nec credunt carnis resurrectionem in sensu composi-
 to, qui tamen est sensus Symboli. Negavit Socinus ex Symbolo
 Niceno probari posse, *Esse in unâ divina naturâ tres divinas personas*.
 Concedit tamen in symbolo illo haberi: *Fidem in Deum Patrem, in*
Jesum Christum, filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia se-
cula, in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioq;
procedit. Dum ergò illud negavit, hoc totum negavit.

11. Indu-
 elione do-
 gmatum
 sive indi-
 rectè here-
 tiorum.
 Hæresis nō
 mensu-
 randa ex
 Symbolo-
 rû literâ:
 sed sensu.

B 3

§. 11. Sed

Hæresis nõ sed etiam *circa vitiosam modificationem*, tùm à parte subjecti, tùm saltem est *prædicati*, seu in illo stantis *objecti*, sive vitium sit expliciti defectus, *circa sub-* sive apparentis excessus, qui in defectum resolvitur. Veritas *stantiam*: Etus est: *Deum esse creatorem Entium finitorum, Filium Dei incarnatum, passum, mortuum, resuscitatum.* Non saltem, qui negat illa, hæreticus est: sed & qui concessã veritate actus, negat, e. c. *DEUM esse creatorem Angelorum, Filium Dei incarnatum, passum mortuum pro salute omnium hominum*: qui negat: *Christum ita esse mortuum, sepulcrum, ut tamen manserit homo ille mortuus, sive in cruce pendens, sive in sepulcro jacens in sensu composito verus Dei filius, & sanguis ex latere hominis mortui fluens, sanguis Dei viventis, item, qui negat, Christum sepulcrum fuisse incorruptibilem, qui negat, Christum virtute divinã sibi cum Patre & Spiritu S. communi resuscitavisse seipsum*: item, qui negat, *Christum eodem quã substantiã, corpore, in quo ex Maria virgine est natus, sub Pilato passus, crucifixus, ascendisse in cœlos & sedere ad dextram patris.* Neq; ergò hæresis saltem est, negare, *Christum esse caput Ecclesiæ, esse Mediatorem, esse quã talem invocandum, esse Sacerdotem, fuisse & esse Sacrificium, scripturas esse certam ac stabilem fidei regulam*: sed & quæ illis concessis, Christo in eminentiã *Capitis Mediatoris, Sacrificatoris, Satisfactoris*, sive Collegas, sive Coadjutores, Pontificem Rom. Angelos, Mariam, Sanctos, imagines, hostiam adorandam, Missam sacrificialem, Scripturæ autem *verbum traditum & infallibile unius pectorale* addit. Excessus hic est in speciem: re ipsã defectus. Articulus fidei omnis valet *exclusivè ad extra*, & si sit expressivus characteris personalis, quoq; *ad intra*. Articulus fidei perfectus est, non: *Deus trinus est religiosè invocandus, colendus, sed SOLUS DEUS*: non: *CHRISTUS est mediator Dei & hominum*: Sed *SOLUS CHRISTUS.* Qui ergò negat exclusivam, negat certè articulum fidei *symbolicum*: at negat totus Papatus: negat ergò articulos fidei & aded est hæreticus. Articulos fidei in tali exclusivã concipiendos, negare non possunt Pontificii per *evidentiam revelationis*, per *silentium symbolorum*, per *gustum communem populorum Christianorum.* Neq; negare possunt se articulis illis ita enuntiatis *contradictoria defendere* *καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ*, aded, ut propter gustum populi Christiani *visum*

Papismus
hæreticus
in defectu

sum fuerit Bellarmino consilium bonum, si in concionibus ad populum non enuntietur illud contradictorium: sed potius dicatur id, quod est Papismi dogmati oppositum, e. c. de *Latriâ imaginum religiosarum*, vid. Bellar. l. 2. de imag. Sanct. c. 22. uti contra idem excusat suos, quod in *Invocatione Sanctorum* liberalissimè loquantur, tenuissime sentiant, cum reservatione sc. mentali Sanctos non solicitandos, nisi ut *Intercessores* Bellarm. l. 1. de S. Beat. c. 17. Repugnat illi reservationi & æquivocationi, Precatorum plurimorum simplicitas, & Doctorum liberalitas, qui non solum per vota: sed & per merita, atq; adèd ut opitalatores, ut *Mediorum beatitudinis Auctores sanctos invocandos docent*: repugnat praxis: conf. lib. Rainold. de Eccl. Rom. Idololatr. & lib. Hippol. Ingolstad. orat. de omn. memb. Mar. in Antiph. de Dom. nostrâ, Hortulus animæ & ibidem hymnus: *Gaude matrona cæli, ipsiusq; libri clausula: O Maria, Mediatrix inter Deum & homines, esto medium inter Deum, & meam miseram animam.* Negatur ergò hic fidei articulus. Nec subsistere unquam & satisfacere Christiano poterunt pertractatæ illæ distinctiones: Solus Christus *Mediator redemptionis*, Med. *immediatus*: Sancti, *Mediatores intercessionis*, *Mediati*. Ubi hæc vel in Scripturis, vel Symbolis? *Solus Christus* pro nobis ad dextram patris sedet: solus, qui precium dedit, illud repræsentat, & ita ut *Mediator interpellat pro nobis*: solus Christus *via*. *Nemo ad Patrem venit, nisi per Christum*, qui clamat: *Venite ad me*: an per Mediatore sanctos? Hoc est contra Brabeiium Christianorum. Sic quod dicitur: *Solus Deus adoratur vel colitur Latriâ: Maria, Angeli, Sancti, vel hyperduliâ, vel duliâ, cultu medio & religione secundariâ.* At ubi & undè hæc distinctio, & tam subtilis abstractio? In scripturis Latria religiosa est Dulia: in virtute vocis, Dulia cultus religionis cum obligatione servitutis, quæ est præstanda Domino. Angeli *conservos* se profitentur, non Dominos nostros. Et si daretur nos sanctorum servorum servos, an propterea illi à nobis religiosè invocandi? Haberet hæc ratione quod ageret **SERVUS SERVORUM DEI.**

§. 12. Neq; magis ab hæresi purgare se poterit in dogmatis sequentibus, quæ sub anathemate imperavit credere Synodus Tri-

*Dogmata
alia Papi-
smi hereti-
ca.*

dentina, scilicet: *Homines non esse formaliter justos per justitiam Christi, per quam nobis meruit. Homines non justificari vel sola imputatione justitiae Christi, vel sola peccatorum remissione, (exclusa charitate inherente) vel sola fiducia divina misericordiae peccata remittentis propter Christum, nec fidem justificantem esse talem fiduciam: quemlibet justificatum, formidare & timere posse de sua gratia, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum: fidem non vivum esse veram fidem, non sola fide hominem justificari: sed ad justificationis gratiam consequendam necesse esse hominem impiam suae voluntatis motu preparari, atque disponi, hominis justificati bona opera, esse bona ipsius justificati merita, ipsum justificatum bonis operibus verè mereri vitam aeternam seu ipsius consecutionem, & tam gloriae quam gratiae augmentum, vid. una Syn. Trid. sess. 6. can. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 28. 32. conf. ead. sess. 22. can. 1. 3. 5. quae portenta Tridentina fulmine erant obsignanda, scil. Si quis dixerit, saltem ex parte aliqua gloriae Dei, vel meritis Jesu Christi Domini nostri: per illa dogmata derogatum, eidem ultimum in sess. superiori anathema dixerunt Tridentini. Ita veritas non abnegata saltem: sed & adjurata & damnata anathematis. Et sunt haec saltem circa unam, et si facile Principalem de justificatione articulum, anathemata potentiora, quae quamdiu non corriget Infallibilis, praesentis Romae fidem catholicam agnoscere prohibet Petrus: & nos propter illa, Romae fidem seu religionem tutissimam dicere, catholica religione prohibemur.*

§. 13. An ergo fides nostra tutissima? An haeretica? Judicio sanè Romae dubium de posteriori nullum, & ne quis de Tridentinis, praesente Cardinali à Lotharingia, clamantibus: *Cunctis haeticis anathema, anathema*, dubitet, prohibet regula 2. Indic. Purg. in qua Lutherus *haesiarca & caput haeticorum* notatur. Videamus tamen annon ipsorum adversariorum judicio religio nostra TUTISSIMA? Sumamus (1) in exemplum dogma principale de justificatione. Doctrinam de justificatione Papificam per inherentem gratiam ignoravit omnis antiquitas, nec fides Tridentina de gratia fuit in Ecclesia ante millesimum à nato Christo annum. Origo sententiae à Lombardo, incrementum à Thomà resp. merito de condigno: à Scoto resp. merito de congruo. His architectis incedit

Religio nostra Papismi judicio TUTISSIMA probatur.
1. In articulo justificationis.

15
incedit fides Tridentina: sed quam disparibus! Meritum congrui, quo scil. nondam reconciliatus mereri possit gratiam justificationis, defendit Scotus: Meritum condigni, quo scil. jam justificatus mereri possit vitam eternam, non agnovit ratione operis, sive cum, sive sine pacto: sed tantum ratione pacti (promissionis, ordinationis acceptationis Dei) Contra Thomas agnovit meritum de condigno, negavit illud meritum de congruo, quod à Scoto habet fides Tridentina, Scotistica & Pelagiana, quæ illud capitulum: uti Thomistica, quæ alterum. Fatemur equeidem varium inconstantemque; uti in aliis: ita & in hoc fuisse Thomam: unde in comm. in Epistolas magis orthodoxus, quam in summa: imò & circa ipsum meritum de congruo, vid. l. 2. q. 114. art. 3. §. opus meritorium. Utrumque & congrui & condigni meritum rejicit Bonaventura Aquinatis *ὀρθόδοξος*, vid. ille l. 2. dist. 27. art. 2. q. 1. ibid. d. 26. art. 1. dub. 1. & 2. ubi Magistri sententiam mitigat. Ex prioribus factum decretum est Tridentinorum sc. *Hominem posse se sua voluntatis motu preparare atque disponere ad justificationem i. eamque aded de congruo mereri: & jam justificatum posse de condigno mereri augmentum gratiæ & vitam eternam.* Interpres Tridentinorum Bellarminus videns disparibus Dominis regi domum antiquam, Communis, inquit, sententia Theologorum admittit simpliciter meritum de condigno: nec saltem ex Dei liberalitate: sed & ex justitiâ & justo Dei judicio debetur meritis operum positâ promissione merces vitæ eternæ, imò bona opera etiam sine pacto habens proportionem ad vitam eternam, nisi quod ad activitatem salutem meriti requiratur pactum: de cætero bona opera esse meritoria vitæ eternæ ex condigno, non solum ratione pacti: sed & operis simul, vid. ille l. 5. de justif. c. 16. Hic solstitium hæreseos est, & lis contestata. Quæritur quæ fides tutior vel TUTISSIMA? Respondebit pro nobis confessor Bellarm. l. 5. de justif. c. 7. *Propter INCERTITUDINEM PROPRIÆ JUSTITIÆ & periculum inanis gloriæ TUTISSIMUM est in SOLA Dei benignitate & misericordiâ fiduciam, TOTAM reponere.* Scripserat paulò ante, quæ duriora quidem, talia tamen, ut ostendant faciliè quæ fides TUTISSIMA. *Fiducia sanctorum, quam in Deo constituunt, non ex fide solâ: sed etiam ex bonis meritis nascitur, atque, ideò summo studio merita quærenda esse, ut apud*
C
Deum

Bellarmin.
Confessor.

DEum fiduciam habere posimus: item, in bonis operibus QVÆ VERE TALIA ESSE COMPERTUM SIT, fiducia ALIQUA collocari potest, modò SUPERBIA CAVEATUR. Addit superiori conclusioni: Propositio illa non ita est accipienda, quod non sit in bonis operibus considendum, quasi non sint vera iustitia, aut iudicium Dei sustinere non possint: sed hoc solum dicimus: TUTIUS esse meritorum jam partorum quodammodo oblivisci, & in SOLAM Dei misericordiam respicere, QVIA NEMO CERTO SCIRE POTEST, SE HABERE VERA MERITA. Videmus hîc Bellarminum duplicem, unum Tridentinum, alterum orthodoxum: quia enim in Bellarm. Lucta erat, anathematis Tridentini & conscientie Lutherane, temperamentum quærendum erat, & confessionis superioris liberalitas paulisper interpolanda, ita tamen, ut exinde satis constet, dogma Tridentinum scil. *Justificatum suis bonis operibus verè mereri vitam æternam non esse TUTISSIMUM*: sed nostrum, & aded religionem nostram TUTISSIMAM.

Guido re-
vocans.

S. 14. Testabitur idem magnorum sub Papatu Virorum confessio. In collectione errorum Magistratum Parisiis condemnatorum memoratur Guido ord. Erem. S. August. qui cum posuisset hanc propositionem: *Homo meretur vitam æternam de condigno, ita ut si non daretur ei, fieret ei injuria*, iussus est à Sorbonâ revocare, quod & factum anno 1354. 16. Maji: Propositionem istam, inquit, revoco, ut falsam, hæreticam & blasphemam. Dogma de

Thom.
Wald.

solâ fide justificante probatum alicubi Thomæ, Bonaventura, Hostiæ, Joh. Hoffmeistero, Cassandro, probatur Durando, Gregorio Ariminens. Thom Wald. Carmelita, qui apertè: *Meritum nostrum in hoc articulo minime Deus attendit, sive congrui, sive condigni: sed gratiam & misericordiam suam. Quomodo ergò non ad injuriam Salvatoris & gratuiti*

Bernhard.
us.

coronatoris accedit, quod gratia ejus tacitâ tantùm disputamus de meritis? Probatur Bernhardo: *Passio tua, ô Jesu, ultimum refugium, singulare remedium. Deficiente sapientia, iustitia non sufficiente, sanctitatis succumbentibus meritis illa succurrit. Deduc me Domine in via tua, & sanctus sum: verumtamen nisi interpellet sanguis tuus pro me, sanctus non sum.* Serm. 27. sub. cant. p. 624. Testabitur eandem fidem Tutissimam in hoc argumento, id in primis, quod illa sit ultimum

ipso.

ipsorum Pontificorum, ubi ad rem gerendam venit, præsertim
 ubi supremum illud certamen & umbra mortis cernitur, alylum
 & refugium. *Terret me, ait idem confessor Bernhardus lib. de int.*
dom. c. 33. p. 1076. tota vita mea Deus meus, & quoniam diligenter
discussa apparet mihi aut peccatum, aut sterilitas, & si quid fructus
in eâ videatur, sic est aut simulatum, aut imperfectum, aut aliquomodo
corruptum, ut possit aut non placere, aut displicere tibi. Et cum vere
res ita sit, sic est mihi, quasi non ita sit, quod est miseria supra miseri-
am. Tu Deus meus, inferno appropinquavit vita mea. Si me liberabis
habebo, unde tibi gratias agam. Si inde non liberabis, non habeo, unde
te reprehendam, quoniam iustus es. Heu mihi, qualis vixi, quanta ma-
la feci & dixi: pudet, qui sic vixerim, & quod natus fuerim. Conscien-
tia mea meretur damnationem. Pœnitentia mea non sufficit ad satis-
factionem: sed certum est, quoniam misericordia tua delet omnem of-
ensionem. Dele ergo, pie Domine, iniquitatem meam multitudine mi-
serationum tuarum. Constat eadem praxis ex Vega. Carol. V. Ho-
sio, ipsoq; Bellarmino: sed imprimis ex Ritualibus & interrogato-
riis agonizantium sub papatu. Lyra præscripsit sequentes for-
mulas: Credis omnia, quæ sunt fidei Christiana? Credo. Gaudes te
mori in fide Christiana? Gaudeo. Recognoscis te Deum multum of-
fendisse? Recognosco. Doles de omni offensâ? Doleo. Proponis de
cætero ab omnibus offensis mortalis peccati abstinere? Propono, divi-
no mediante auxilio. Credis te meritis passionis Christi & non pro-
priis ad gloriam pervenire? Credo. Monetur ultimò moriturus,
ut si occurrat sibi inimicus Diabolus, semper ei opponat meritum passionis
Christi.

§. 15. Extat in speculo artis bene moriendi (libro Papistico) de
 interrogationibus agonizantium sequens historia. *Quidam Pa-*
pæ, ubi ad extremum ventum foret, Capellanum de suffragiis, quibus post
mortem vellet juvari, percontantem ita instruxit: Posito me in agone,
non aliud posco, quàm ut Orationem dominicam dicas 3. vicibus,
& ubi primùm dixeris, adde: Obsecro te JESU CHRISTE, ut mul-
titudinem tui sudoris sanguinei, quem pro nobis copiosissimè effudisti,
contra multitudinem peccatorum meorum Patri offerre & ostendere di-
gneris. Cum 2. Pater noster dixeris, dic: Obsecrote JESU CHRI-

Papa con-
fessor.

C 1

STE

STE per omnes passiones & amaritudines tuas, quas in cruce sustinuisti, illâ maxumè horâ, quando sanctissima tua anima de corpore est egressa, ut eas Patri offerre & ostendere digneris, contra pœnas, & passiones, quas peccatis meis timeo meruisse. Cum 3. dic. in honore ineffabilis charitatis, quæ te JESU CHRISTE è cœlis in terram, ad omnium tuarum passionum traxit tolerantiam, obsecro te, ut in hâc charitate me salvare digneris, & cœlos mihi aperire, quia meis meritis salvari nequeo, & cœleste regnum obtinere. His dictis, promisit Capellanus se omnia illa libentissimè facturum, quod & fecit cum diligentia & devotione, quâ potuit, & prædictus modus orandi apud morientes devotè servatus mox inoluit, indeq; præcatio, pro agonizantibus adornata talis: Domine JESU CHRISTE, per agoniam & orationem tuam sacratissimam obsecro te, ut multitudinem sanguinei sudoris tui, ut amaritudines omnium pœnarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti, & charitatem tuam, quæ de cœlo in terras ad passionum omnium tolerantiam te attraxit, offerre & ostendere digneris DEO Patri omnipotenti, pro animo famuli tui. Salva animam meam in hâc horâ exitus mei, aperi ei januam vitæ, & fac eam gaudere cum sanctis in gloriâ eternâ, qui cum patre & spiritu s. vivis ac regnas in secula. Ibidem ponuntur interrogationes in articulo mortis ex Anselmo pro religiosis potissimum, & pro Laicis ex Cancellario parisiensi, quarum ultima: Credis, quod pro te mortuus est Jesus Christus, & quod aliter salvari non potes, nisi per meritum passionis Domini nostri JESU CHRISTI, & ages etiam ei de hoc ex toto corde grates, quantum vales. Nihil hâc fidei Tridentinæ: sed ubiq; FIDES NOSTRA TUTISSIMA, quam, quod alicubi e. c. in libro cui titulus Ordo baptizandi cum modo visitandi, impress: Venetiis Anno 1575. sustulerint (expunctis his verbis. Credis non propriis meritis: sed passionis Domini nostri Jesu Christi virtute & merito ad gloriam pervenire. Item: Credis, quod Dominus noster Jesus Christus pro nostrâ salute mortuus sit, & quod ex propriis meritis vel alio modo nemo possit salvari, nisi in merito passionis, ipse: conf. Ind. expurg. p. 149.) Tridentini, Deo rationem reddant vocis sacrilegæ: DELEANTUR.

Cancell.
Paris. Con
fessor.

Judicium
Paris. de

S. 16. Diximus supra fidem Tridentinorum papisticam in articulo, de fide & gratiâ justificante tres præprimis habuisse Archi-
scitor

tellos, Lombardum, Thomam, Scotum, his contradicere Bonaventuram, imò ipsi Thomæ Thomam: cujus planè est concordia discors. Videamus, quo loco duos priores æstiment ipsi pontificiorum Dd. primarij. Doctrinam Lombardi dicunt magis authenticam, quàm doctrinam S. Thomæ. Porro Magistrum sententiarum ex mandato Apostolico & in studiis generalibus, publicè, quidem haberi tanquam approbatum & authenticum, agnovere Parisenses, & tamen in illo contineri aliqua in fide erronea probant ex dogmate Lombardi, quod Christus in triduo mortis fuerit homo in 3. dist. 32. & quibusdam aliis, in quibus communiter reprobatur & Magister non tenetur. De Thomâ autem majus bellum. Quæsitum aliquando, an Thomas esset hæreticus? Responsum Sorbonæ, à doctrinâ Thomæ alicubi hæreticâ ad Thomam hæreticum non valere consequi. ratio. Thomas supplex (in fine prologi) Thomas corrector Thomæ, non fuit pertinax, obtulit se ad revocationem conf. Thom. 22. q. de hæresi art. 2. in solut. ad 3. arg. ubi alleg. Aug. 2. 4. q. 3. concessum: habere Thomam multa in fide erronea, qvalia sint e.c. dogma de absolute necessitate creatural. 2. Sum. cont. Gent. Opposuerunt Domini Parisienses 1. Illud proprium esse soli Deo: & aded. 2. Si quasdam res absolute simpliciter necesse esset esse, illæ essent Deus. Examinarunt iidem argumentum Thomæ geminum. 1. Quod magis distat ab eo, quod per seipsum est Ens, magis propinquum est ad non esse: quod illi propinquum est, quò magis propinquum est, tanto magis recedit à non esse. 2. Omnia quæ contrarium habent, vel ex contrariis sunt, corruptibilia sunt: quæ hujusmodi non sunt sempiterna sunt: & rejecerunt utrumq; per instantiam Angelorum & gratiæ in animâ, vel Angelo bono. Æstimatus ab iisdem errasse Thomas ponens, Deum non magis posse facere duo contraria eidem secundum idem simul inesse, quàm duo contradictoria. Item ponens, in 1. sum. q. 47. art. ult. Non est possibile (loquitur de potentiâ) aliam terram esse, quam istam unam, quia omnis terra naturalitèr ferretur ad hoc medium, ubicunq; esset. Sed & erronea illa Thomæ assertio p. 1. sum. q. 149. art. 4. Impossibile est duos angelos esse unius speciei. Omnes Angeli differunt specie secundum diversos gradus nature intellectivæ. Perfectio nature Angelicæ requirit multiplicationem specierum, non autem individuorum in unâ specie. Notatus

Bellam
pisticum
de
Thomæ
rante &
contradi-
cente sibi
ipso.

Thomas in q. 76. art. 3. & 6. in articulo de unitate formæ substantialis, & exinde, Occamò teste, educta conlectaria Britannica. Notatæ in doctrinâ Thomistica multæ contrarietates, & repugnantie etiam in materiâ ad fidem pertinente, qualis illa: *Pater & Filius possunt dici duo spiratores in 1. sent. dist. 11. art. 4. contra: Pater & Filius sunt unus spirator & non duo, 1. sum. q. 36. art. ult. quomodo & in concil. Lugdunensi sub Gregorio X. definitum, quod spiritus S. à Patre & Filio non 2. spirationibus: sed unâ spiratione procedat vid. cap. Fideliter extr. de S. Trinit. & fid. cath. l. 6. Sic: Creatio instrumentaliter communicabilis est creaturæ, ita Thomas secutus Magistrum vid. hic l. 4. dist. 5. ille. dist. 1. in 2. sent. contra idem Thomas 1. sum. q. 45. art. 5. it. in 2. cont. Gentil. c. 21. & 12. quæst. de verit. Sic B. Virginem fuisse conceptam in peccato originali affirmat in 2. & 4. negat in 1. sent. Sic enunciatio: *Filius Dei assumpsit hominem ex humanâ carne & animâ rationali constantem, &: homo ille cæpit esse Deus, & Deus cæpit esse homo ille, affirmatur quidem erronea: sed non hæretica in 3. sent. dist. 6. q. 2. art. 2. contra defenditur eadem hæretica 3. sum. q. 2. art. 4. Sic: Papam posse dispensare in voto continentie affirm. in 4. sent. dist. 38 art. 4. Negat in 2. 2. q. 88. art. 11.**

§. 17. Exemplum insigne omnipotentie Papalis, autoritatis infallibilis, Thomisticae contradictionis. Juxta Thomam Papa potest, & non potest. Thomas dicens non potest damnatur ut errans in fide, quia sc. id est. contra observantiam Ecclesie, quæ in tali voto quandoq; dispensat: damnatur Thomas à Thomâ, à Cordub. l. 1. 24. Cour. de rest. c. 2. n. 10. Et certè cum Thomâ Summista (neq; enim Thomas absolvitur summâ) dicente: *Papa non potest, facit ipsa Decretalis expressa in Decr. l. 3. tit. 35. c. 6. in fin. Abdicatio proprietatis sicut etiam custodia castitatis aded est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere.* Laudamus hic τὸ ἀποφασίζαν Thomæ Summistæ: *Papa non potest facere, quod ille, qui est professus religionem, non fit religiosus, LICET QUIDAM JURISTÆ IGNORANTER CONTRARIUM DICANT.* Ergone Ignoranter contraria dixerit ipse Thomas? Ergone Ignorantèr dixerit Sorbona, & hodie idem statuatur Roma? Satis de Thomâ contradicente.

§. 18. Hinc

§. 18. Hinc disputatio insignis de THOMA *approbato, vel*
authentico. Doctorem Angelicum mortuum post 50. annos
 Divorum in numerum retulit Johannes XXII. *Doctrinam*
Thomæ tanquam benedictam & catholicam sequendam & rene-
dam à Christianis & studiosis voluit, & per bullam universitati Tolosanae
 scripsit Urbanus V. Contra videri poterat militare iudicium pa-
 risiense: *S. Thomæ doctrinam non potuisse in omnibus esse approba-*
tam, quia contineat multa in fide erronea, & in materiâ ad fidem repu-
gnantia. Decisum: 1. Approbationem Urbani non esse univer-
 salem. 2. Non approbatum Thomam, ut qui habeat necessariò
 credenda: Sed ut *qui habeat doctrinas utiles & in multis probabiles.*
 3. Thomam non ita approbatum, quod oporteat credere, ipsum
 in omni suâ parte verum esse, & in nullâ sui parte in fide vel erro-
 neum, vel hæreticum (Loquimur de Thomâ ut Doctore: ita enim
 habent verba Theologorum parisiens: *Doctrina S. Thomæ non est*
per Ecclesiam sic approbata, quod oporteat credere illum omni suâ parte
veram, & nullâ in parte, erroneum in fide vel hæreticum esse.) Pro
 ipso tamen Angelico Doctore non Hæretico syllogismus Apolo-
 geticus talis. *Si dantur Doctores majores & magis approbati, non ob-*
stantibus doctrinis aliquâ ex parte hæreticis vel in fide erroneis E. nec ap-
probatio doctrinalis minor obstabit in Thomâ minore. Sed E. Minor
 probatur *autoritate* Dd. non quidem Canonifatorum, tamen in
 dogmatis authenticorum, quippe qui in actibus scholasticis alle-
 gantur autoritativè, exponuntur & glossantur, quales *Anselmus*
Cantuariens. Episcop. Hugo de S. Victore &c. autoritate Gratiani de-
 creti: unde Dd. Decretorum. Gratianum authenticum passim
 reprehendit glossa: neq; negat Sorbona dari in Gratiano, *in fide*
erronea, quibus si pertinacitè adhæssisset Gratianus, fuisset *manife-*
stus hæreticus, uti 33. q. 4. c. sed objic. *Autoritate* Magistri senten-
 tiarum alicubi in fide erronei, *autoritate* Hieronymi, Doctoris
 quidem approbati vid. Decr. Gelas: 15. dist. c. 5. sancta Romana,
 cujus tamen doctrina in aliquâ sui parte conceditur fuisse erro-
 nea, etiam in his, quæ ad fidem & doctrinam Apostolicam pertine-
 re noscuntur vid. in Decr. 26. dist. bellum Hieron. & Aug. de Epi-
 scopo unius uxoris viro, & cessatione Legalium, *autoritate* Cypri-
 ani

21
 Quomodo
 Thomas
 approba-
 tus?

Syllogismus
 Theol. Pa-
 ris. pro
 Thomâ
 non obstā-
 tibus erro-
 ribus ap-
 probato.

hui, primi Dd. approbatorum vid. Gelaf. l. sup. all. & dist. 32. c. por-
 rò Aug. de consecr. dist. 4. c. quomodo, qui tamen *baptisma he-*
reticorum appellavit *lavacrum Diaboli* (Dignus est, qui legatur lo-
 cus Aug. li. 2. cont. Donatist. objicientem autoritatem Cypriani,
 uti idem contra Pelagium objicientem autoritatem Ambrosii)
autoritate (quod miramur) ipsius Petri Apostolorum principis, &
 primi in Monarchiâ visibili, JESU CHRISTI Vicarii.

An Paulus
 Petro mi-
 nor?

§. 19. Paulum Petro minorem, Paulum Doctorem minus ap-
 probatum Doctore Petro, supponunt, Domini Parisienses, & inde
 argumentantur: Si Petrus potuit, non obstante fidei errore, vel
 doctrinâ in fide erroneâ, esse Doctor magnus, & ejus doctrina ma-
 gis approbata quàm doctrina Pauli. E. & Thomas non obstanti-
 bus erroneis in fide, Doctor Angelicus. Sed E. Item: Si Paulus
 minor, potuit in errore fidei reprehendere majorem, Petrum Apo-
 stolorum principem. E & Dd. minores possunt reprehendere An-
 gelicum Thomam. Accipimus argumentum secundum, & opta-
 mus ut eâdem *πρόνοια* quâ Angelicum, excipiant minùs Angeli-
 cos suos domesticos. Negamus hypothesin utramquæ. Pau-
 lus etsi non *ἐκ τῶν δάδεκα*, tamen quia Apostolatum Evangeli-
 cum quâ *ἐμπροσθέν* & Omnem potestatem sive ordinis, sive
 jurisdictionis, sed & quâ modum habendi illam immediatè,
 nullo minor. Id præter JESUM vocantem, testatur *labor*
Paulinus, *protestatio Paulina*, dextra *κωνσταντίας*, *plumbum Pontificis*,
 Imagines Romæ, ubi Petrus ad sinistram Paulo, titulus communis,
 Apostolorû principis testatur. Ubi autem legerint Theologi Parisi-
 enses, Petri doctrinam magis approbatam quàm Pauli? Sanè, si ex
 characteribus cœlestibus agendum, vincit Petrum Paulus (salvâ
 utriusquæ æquali *θεοπρονοία* & autoritate independenti) neque ne-
 gat Thom. Cajetan. secundum quid Apostolatum Pauli digniorem
 Apostolatu aliorum: unde fiat, quod in bullis papalibus Petrus ad
 sinistram, Paulus ad dextram imprimatur? Fortè magis proba-
 tur Romæ Petrus, quia evidentiùs Petro revelator Antichristi
 fuit Paulus. Sed hæc mittamus. Non illud, quod Sorbona dicit
doctrinam Petri Gal. 2. 11. erroneam in fide, Petrum reprehensum à
 Paulo

Paulo in errore fidei. Respectus ad historiam Antiochenam Gal. 2. 11. ubi Paulus ipsi Petro reatum damnationis per insignem hypocri-
sin incurrenti *καὶ ὡς ἂν ἀντίστοιχον*. Nolumus prolixè de facto illo Petri iudicium ferre. Concedemus lubentes impuris Petri defensoribus lapsum Petri non fuisse *formaliter* errorem in doctrinâ, sed *scandalum datam*, etsi fortassis ex metu, & Petrum illum doctrinam, quam ex timore simulavit, non docuisse. Fuit tamen omninò illo *error facti* effectivè & consequentè *error fidei*. Faciebat enim id, unde alius colligere poterat, cum cum Pseudapostolis sentire sc. *Gentiles conversos solâ Christi gratia sine Lege nondum verè pleneq; esse justificatos*: unde etiam est, quod non tam propter ipsum erratum, quam ejus effectum seu *συνομαρτυροῦ* causalitatem, Petrum Paulus redarguat. Notamus tamen quàm bellè cum superiori Parisiensium iudicio Bell. & Baronio conveniat, qui peccatum Petri, aut veniale, aut levissimum, aut materialiter tantum peccatum vel erratum fuisse: sed absq; omni Petri culpâ defendunt. Petrum sc. sine culpâ erravisse in eligendo, sed per aliquam inconsiderationem, vel defectum luminis & ignorantiam quandam involuntariam, vid. ille l. 1. de Rom. P. c. 28. Baron. ad A. c. 51 §. 42. 43. Durius omnino hâc censuram datam à Parisiensibus apparet: uti in illo, melior censura Thomistica: Thomam principia sue philosophiæ ad Theologiam ejusq; conclusiones nimis frequentè applicasse. Non enim (verba sunt censorum Thomæ) taliter loqui debent Theologi, quàm loquuntur Philosophi, juxta Aug. l. 10. de civ. Dei c. 23. Liberis verbis loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficilimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt, Nobis autem ad certam regulam loqui fas est: ne verborum licentia, etiam de rebus, quæ his significantur, impiam gignat opinionem. Monitum salubre contra vitia seculi maximè Academicæ. Patebit autem ex hâc digressionem THOMISTICA, quam lubricos autores habeat dogma de merito, de habitu infuso, & præparatione, quæ solius fidei justificationi opponitur à Tridentinis. Sanè Thomas ipsis pontificiis est *σημειῶν ἀντιλεγόμενον*, & in hâc materiâ idem meritum de condigno, nunc subtiliùs pingit, nunc rejicit.

Lapsus Petri Antiochenus.

Judic. Sorbore de Thomâ. Phil. Theolog.

D

§. 20. Rede-

An fides
Luthera-
na habeat
defectus?

rundam mitiorum Papismi professorum: FIDEM LUTHERANAM QUIDEM VERAM: sed NON PERFECTAM. Laborare defectu. Exempla defectus allegantur ex formula professionis fid. Trid. seu Bulla Pij 4. ubi videre licet capiti humano cervicem equinam additam. Certè enim, quod ibi monstrum pariturivit Pius, non fuit ridiculus mus. Representatur talis sive

Bulla Pij
s. professio
Fidei, Tri-
dentina.

dominatus, sive Apostata profelytus confessor Tridentinus: Ego firmâ fide credo, ac profiteor omnia & singula quæ continentur in symbolo fidei, quo S Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in Deum Patrem omnipotentem &c. Hic integrum recitatur symbolum: atq; ha-

ctenus caput humanum. Catholica omnia, quæ reverentè credimus & quæ præmittere opus haud habuisset fides Tridentina, nisi per Catholicæ fidei & symbolorum nomen voluisset fallere & Apostolicum principium adveniens dare. Sed quæ nunc sequuntur portentosa Tridentina sunt. Pergit sc. Confessor Tridentinus: Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; ejusdem Ecclesie observationes, & constitutiones firmissime admitto & amplector. 2. Sacram scripturam juxta eam sensum quem tenuit, & tenet S. mater Ecclesia, ejus est judicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum admitto, nec eam unquam, nisi juxta unanimum consensum patrum accipiam & interpretabor. 3. Profiteor quoq; septem esse verè & propriè sacramenta novæ Legis à JESU CHRISTO Domino Nostro instituta, atq; ad salutem humani generis, etsi non omnia singulis necessaria sc. Baptis. Confir. Eucharist. Pœnit. Extrem. Unct. Ordin & Matrimon. illaq; gratiam conferre, & ex his Bapt. conf. ord. sine sacrilegio iterari non posse. 4. Receptos quoq; & approbatos Ecclesie Catholice ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemnè administratione recipio & admitto: 5. Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de justificatione in sacrosanctâ Tridentina synodo definita & recitata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Missâ offerri Deo verum, proprium & propitiatorium sacrificium pro vivis & defunctis. 7. Atq; in Sanctissimo Eucharistie Sacramento esse verè & substantialiter corpus & sanguinem, una cum animâ & divinitate Domini nostri JESU CHRISTI, fieriq; conversionem totius substantia panis in corpus,

& 10-

25
Et totius substantie Vini in sanguinem, quam transubstantiationem ap-
pellat Ecclesia Catholica. 8. Fateor etiam sub alterâ tantum specie, to-
tum atq; integrum Christum, verumq; sacramentum sumi. 9. Con-
stantè teneo purgatorium esse: animasq; ibi detentas fidelium suffra-
gis purari. 10. Similiter & sanctos una cum Christo regnantes vene-
randos atq; invocandos esse, eosq; orationes Deo pro nobis offerre, eo-
rumq; reliquias esse venerandas. 11. Firmissime assero, imagines Chri-
sti, ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas
& retinendas esse, ac eis debitum honorem & venerationem imperti-
endam. 12. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesiâ re-
lictam fuisse, illarumq; usum populo Christiano maxime salutarem af-
firmo. Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam Romanam om-
nium Ecclesiarum matrem & Magistram agnosco: Romanoq; pontifi-
ci, B. Petri Apostolorum principi, successori, ac Jesu Christi vicario ve-
ram obedientiam spondeo ac juro. Cætera item omnia à sacris canoni-
bus, Oecum. Concil. ac præcipue à SS. Trid. syn. definita indubitanter
recipio, atq; profiteor: contraria omnia, hereses damnatas, ego pariter
damno, reji-
cio, anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extræ
quam nemo salvus esse potest, integram & inviolatam usq; ad extremum
vite spiritum constantissime Deo adjuvante retineri & consisteri, atq; à
meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, tene-
ri, doceri, prædicari curabo. SIC ME DEUS ADJUVET ET SAN-
CTA EVANGELIA.

§. 21. Exemplum defectus articuli symbolici allegare Fides Lu-
non possunt. Putavit quidem Becanus se reperisse, mentitus iberanorū
nos non credere articulum symboli illum: Credo sanctum Eccle non est de-
siam Catholicam. Sed Exemplum illud calumniantis est. Quid festiva
enim? Ecclesiam verè catholicam nunquam à fide fundamenta- resp. arti-
li defectibilem, nunquam adulteram factam, credimus. Non culi sym-
eqvidem tam oculi sumus, ut videamus Ecclesiam sanctam, ca- bolicis.
tholicam: neq; tam perspicaces, ut videamus semper Ecclesiam Refutatur
floridam. At quæ consequentia? Lutherani non vident Eccle- Becanus.
siam. E. non credunt Ecclesiam catholicam. Annon rectius:
Non vident. E. credunt. Et: Pontificii vident. E. non credunt,
Audiant illi Thomistæ illud Christi: Beati qui credunt & non vi-

D 2

dent,

Luther.
credunt
Ecclesiam
catholicã.

dent, & illud Apostoli: Fides est πραγμάτων ἰλεγχῶν ὁὐβλεπόμενων Heb. 11. 1. Hęc nos disciplinã utimur, non illã, quę dicit *Manus nostrę oculata sunt, credunt quod vident.* Calumnia ergo est: Lutherani dicunt Ecclesiam resp. internarum virtutum invisibilem, & non semper respectu status externi floridi conspicuam. E non credunt Ecclesiam Catholicam. Audiatur Luth. nost. com. in Apocalypf. Es ist diß Stück/ ich glãube eine Christliche Kirche/ eben so wol ein Artickel des Glaubens/ als die andern/ daruñ kan sie keine Vernunfft/ ob sie gleich alle Brillen auffsetzet/ erkennen/ der Teuffel kan sie wol zudecken mit Ergernuß und Rotten/ daß du dich müßest daran ergern/ so kan sie auch Gott mit Gebrechen und allerley Mangel verbergen/ daß du darüber must zum Narren werden/ sie wil nicht ersehen: sondern gegläubet sein/ Glaube ist aber von dem/ daß man nicht siehet/ Ebr. 11 1. Refutant eandem calumniam Serenissimi confessores, qui ita loquuntur art. 1. Aug. conf. Ecclesię MAGNO CONSENSU apud nos docent, *Decretum Nicenę synodi de unitate essenie divinę & de tribus personis verum & sine ullã dubitatione credendum esse & art. 7. ac 8. Docent, quod una Sancta Ecclesia perpetuõ mansura sit, quę quidem proprię sit congregatio sanctorum & verę credentium, ita tamen ut in hęc vitã multi hypocrizę & mali sint admixti:* præclare paritèr hac de re Apolog. tit. de Ecclesia: *Non opus hęc est longã defensione adversus hanc calumniam. Satis nos purgat articulus 8. Concedimus enim quod hypocryta & mali in hęc vitã sint admixti Ecclesię, & sint membra Ecclesię secundum externam societatem signorum Ecclesię, h. e. Verbi, professionis & sacramentorum, præfertim, si non sint excommunicati: nec Sacramenta ided non sunt efficacia, quia per malos iradantur: imò redẽ uti possumus sacramentis, quę per malos administrantur. Nam & Paulus prædicat futurum, Antichristus sedeat in templo Dei, h. e. in Ecclesiã dominetur & gerat officia.*

Articuli 12
Tridentini
non faci-
unt fidem
defectivã.

S. 22. Quæritur ergo an defectus illorum Tridentinorum *Assymbolorum dogmatum*, adimat nobis TUTISSIMÆ religionis eminentiam? Non magis cõrte, quam symbolorum gloriam. Ostendatur nobis ante Pium & Tridentinos *similis professionis formula.* Sane non dabitur simile in totã antiquitate symbolum ante illos
Tridenc-

Tridentinos schismaticos, *ausos quod liceat tunicâ punire molesta.*
Omnino illi articuli à Pio IV. in bullâ Trid. symbolo additi, Ec-
clesiæ Catholicæ antea nunquam fuerunt symbolici, nun-
quam in tali complexu ab ullo Christianorum Catholicorum
crediti. Sed & illa bullæ Tridentinæ dogmata, si dentur omnia
vera, ad dogmata tamen sub necessitate salutis credenda nequa-
quam pertinere, atq; adèd TUTISSIMÆ RELIGIONIS titulum
parti illi, quæ à bullatis illis Dogmatis procul est, nequaquam
adimere, constabit ex Papismo ipso, Argumentamur: Quicumq;
geminum mysterium sc. *Incarnationis & SS. Trinitatis* (illud, sub
notione medii: hoc, finis ultimi, omni salvando explicitè creditu
necessarium) imò omnes articulos qui sunt in symbolo Apostoli-
co, vel Nicen. vel Athanas. explicitè credunt, & cœtera implicitè
in fide sc. generali S. Scripturæ, illi sunt veri Christiani Catholici
& salvandi. At Lutherani dicti tales sunt. E. Major resp. ge-
mini illius Mysteriorum exclusivè est, Thom. 2. 2. q. 1. a. 6. ad 1. & art 8. & c.
quem magno numero sequuntur alii Interpretes, usq; adèd ut
Melchior Canus Canariens. Episcop. fretus Magistro in 3. sent. dist. 25,
Thom. & alii disputent: *Horum etiam duorum articulorum fidem im-
plicitam, si sc. credantur in hâc propositione Universali explicitè creden-
dâ: Quicquid credit Ecclesia, id est verum, post revelatum Christum,
& predicatum in universo orbe Evangelium, ad salutem primam (ju-
stificationem acqvirendam) sufficere: Saltem ad glorificationem
quam ille vocat ultimam salutem, necessum esse, ut credantur ex-
plicitè: quem refutat Bannes, probaturus, ad utramq; salutem suf-
ficere duorum illorum mysteriorum fidem implicitam, tali argumento:*
Si gratia justificans, quæ est ultima dispositio & acceptatio ad
gloriam potest acquiri, absq; explicitâ illorum articulorum fide.
E. etiam vita æterna seu salus ultima. Sed E. cum Bannes. conve-
nit Soto l. 2. de n. & g. Veg. expof. 6. sess. Conc. Trid. l. 6. c. 20.
Summa illorum: *posse hominem salvari sine aliquâ explicitâ fide Chri-
sti, si sit ignorantia invincibilis omnium articulorum videmus ex quâ
scholâ processerit Puccianismus) usq; adèd ut detur meritum fidei
implicitæ, etiam ubi id, quod ita creditur falsum est.* Lombard. au-
tem l. 3. dist. 25. more suo disputat. 1. *Tempore gratiæ oportere uni-*

27
Probatu
ex
Dogmatis
juxta Pon-
tificios ne-
cessariò
credibili-
bus.

Sent. Lom-
bard. &
scholastic.

versa credi, quæ in symbolis continentur. 2. Nullum hominem vel ante vel post adventum Christi fuisse salvatum sine fide mediatoris. 3. Myserii incarnationis revelationem in V. T. fuisse vel distinctam seu in aperto, vel velatam sc. in mysterio: Illam factam majoribus e. c. Mosis, Abrahamo: hanc simplicibus: atq; ad eos illos credidisse articulos fidei explicitè s. distinctè: hos implicitè s. fide velatâ in mysterio, fide majorum. 4. Ante adventum Christi de Mediatore satis fuisse credere articulos de nativ. mort. resurr. adveniu ad iudicium, imò supposita fide Trinitatis, satis fuisse, fidem incarnandi & iudicaturi. 5. Talem fidem incarnationis habuisse Cornelium ante Petri adventum, ignorasse autem jam incarnatum, idq; Petri voce doctum.

**Judicium
Becani:**

S. 23. Neq; excipere hîc licebit cum Becano; limitando majorem: Quicunq; explicitè credit articulos 12. symbolico (& imprimis geminum mysterium) & reliquos non symbolicos ut minimum implicitè credit, nec per errores oppositos veræ fidei contradicit, is est verus Christianus, Catholicus & salvandus. Sed demus & illud, abstrahendo nunc ab articulis illis Tridentinis & hypothesei Becani de ve-

**Fides im-
plicita quæ**

ritâ fidei Tridentinâ. Sanè quicquid creditur implicitè, illud creditur in aliquâ propositione universali in compositione primâ in resolutione ultimâ, eaq; explicitè creditâ (quomodo e. c. Historia Josephi, Israelis in miraculo Exodi, maris rubri, serpentis aeni, &c. creditur implicitè ab illo, qui credit explicitè vera esse omnia quæ continentur 5. libris Mosis) qualis nulla esse potest præter hanc; Quicquid docent libri Prophetici & Apostolici, quippe qui sunt certa ac stabilis regula fidei, illud est infallibilitè verum. Ita admittimus conditionem: quin ex abundantia illud damus, bonum catholicum illum esse, cujus fides resp. quorundam objectorum, quorum implicita cognitio sufficit, resolvitur vel in fidem Universalis Ecclesie, vel testimonium primitivæ Apostolicæ. Sed illa analysis est materialis, signativa, à posteriori: à priori autem, principalitèr, formalitèr analysis fieri non potest (ipso Bellarmino ita procedente) nisi in veritatem revelatam scriptam, velut, rationem formalem sub quâ creditur.

**An Fides
implicita**

S. 24. Sed aliud monstrum intendit Becanus: Is, inquit, censetur implicitè credere articulos fidei, qui in confuso credit, quod Ecclesia

29
Ecclesia credit, & paratus est in particulari credere, quicquid ad creden-
dum ab Ecclesia proponitur. Demus & hoc, imò & illud, per Ec-
clesiam intelligendam Ecclesiam Romanam. Tamen ne sic qui-
dem, Confessor Christianus, explicitè credens dogmata symbolica
& implicitè alia objecta credibilia, hic credere tenetur in sensu Ec-
clesia Romana ut erranti: sed ut prima veritati adherenti, quod ta-
lis implicitè credens intendit vel supponit, atq; adeò redupli-
catio etiam talis fidei non est necessariò infidem illam Tridenti-
nam, & impios, quos abortivit à Impius, articulos. Benè Tho-
mas in 2. 2. q. 2. art. 6. ad 3. objectionem quæ talis: Si minores non
tenentur habere fidem explicatam: sed solum implicitam, oportet fidem
illorum implicari in fide majorum. Sed hoc videtur periculosum: quia
posset contingere, quod illi majores errarent. Respondet: Ducen-
dum, quod minores non habet fidem implicitam in fide majorum NISI
QUATENUS MAJORES ADHÆRET DOCTRINÆ DI-
VINÆ, unde Apostolus dicit: Estote imitatores mei: sicut ego Chri-
sti. Unde humana cognitio non sit regula fidei: sed VERITAS
DIVINA, à quâ SI ALIQUI MAJORUM DEFICIENT NON
PRÆJUDICAT FIDEI SIMPLICIUM, qui eos rectam fidem ha-
bere credunt. Ita Thom. planè ad rem. Ponamus iterum. Romanæ
Ecclesiæ inerrabilitas si sibi constaret, esset unum ex implicitis &
implicitè credendis, nec adeò in illam, ut rationem formalem
sub quâ, fides resolveretur. Sed certè ne quidem tale implica-
tum est in primâ veritate scripturarum, vel usq; adeò implica-
tum, ut nullâ ope explicari possit Ecclesia Romana, vel unus in
illâ Inerrabilis: vel certè hoc est ipsum *νενομεινον*: An Ecclesia Ro-
mana infallibilis, ita ut in illam possit resolveri fides? Et sic petitio princi-
pii & circulus insignis. Nulla sanè necessitas est, ut qui explicitè
credit scripturis, & simul profitetur se omnia illa credere, quæ si-
ve *πρωτως* sunt in scripturis, vel per legitimam & evidentem conse-
quentiam educuntur ex scripturis, hoc ipso statim implicitè cre-
dat, quicquid hic vel ille sive Pius, sive Tridentinus Impius ex
scripturis se eduxisse, dicit, & adeò credendum proponit: neque
qui talibus consecrariis contradicit, contradicit ipsi fidei. Ma-
net: propositionem illam Becani: *Quicquid dicit Ecclesia Romana,*
illud

30
Ecclesia
Romana
titulus am-
biguus

illud est infallibiliter verum, talem esse, quæ nec explicitè nec implicitè credi possit vel debeat. Sumimus Romanam in sensu Beccani. Planè alio sumere *Confessores Augustani*, testati in clausulâ art. 21. In *Augustanâ confessione vel summario doctrine nihil inesse, quod discrepet à scripturis, vel ab Ecclesiâ Catholicâ, vel ab Ecclesiâ Romana* QUATENUS EX SCRIPTORIBUS NOTA EST: contradiſtinguitur *Eccles. Romana* ita reduplicata, *Ecclesiæ Catholicæ*, ut particularis universali: unde in præfat. abusuſum dicunt iidem *Confessores: Ecclesias apud nos de nullo articulo fidei dissentire ab Ecclesiâ catholicâ* (sine mentione Romanæ) Loquuntur sc. de 12. art. *Symboli Apostolici*: non de XII. articulis summæ concilii Tridentini; illos enim uti omnes semper catholici: ita & nostri detestati sunt & etiam nunc detestantur, conf. p. 46. 56. 59. 250. 338 767. in concord. Addatur: *Baptismus noster non est hæreticus, non iterandus. Concessum Pontificiis.* Unde? quia sc. baptizatur infans in fidem veræ Ecclesiæ, abstrahendo nunc ab illius ubierate. Ita Bell. Ita credens implicitè quod Romana, non statim credit dogmata Tridentina: quia credit illi, quatenus opinatur illam adherere summæ veritati, s. scripturarum revelationi. Satis de majori, quocunq; tandem modo limitetur.

Fides nostra
juxta
regulas
scholastic.
TUTISSI-
MA.

§. 2. Videamus de minore. 1. Credimus duo illa summa mysteria explicitè. 2. Imò ita credimus omnia dogmata symbolorum, idq; magno consensu. 3. Neq; ad minimum ullus inter Lutheranos est, qui non habeat fidem implicitam omnium dogmatum in illâ universali explicitâ. *Quicquid scriptura docet, illud infallibiliter verum est.* 4. Imò & ex abundantanti admittimus *Ecclesiam Catholicam, Romanam quatenus ex scriptoribus nota est, imò & præsentem*, in reduplicatione Thomisticâ vid. sup. (unde & sub Papatu illos omnes pro nostris agnoscimus, qui suppositâ fide symbolorum & scripturæ explicitâ, credunt de cœtero implicitè in fide Ecclesiæ Romanæ quatenus sc. *opinantur hanc adherere scripturæ divinæ.*) Manet ergò FIDES nostra TUTISSIMA ואיכינו פריורי. Scilicet sine dogmatis Papisticis salvari hæreticorum Papistarum judicio: Cum illis nequaquam judicio nostro, qui & hypothesin illam de *sufficienciâ fidei duorum articulo-*

177

rum pro hæreticissimâ habemus, & excessus illos Tridentinos magnâ parte pro hæreticis, symbolicorum articulorum destructivis: illam autem fidem, quâ credimus quæ ignoramus, pro cadavere agnoscimus. Quod superest, dicimus, quod pro Apologiâ Christianorum apud Felicem Paulus Act. 14. 14. 15. 16. Fatemur nos juxta viam, quam pontificij hæresin vocant, ita colere Deum Patrum, ut credamus omnibus, quæ sunt scripta in Lege & prophetis, spem habentes in Deum, quam & ille sc. fore resurrectionem mortuorum, justorum & injustorum. In hoc autem exercemus nos, ut habeamus bonam conscientiam apud Deum & homines jugiter.

S. 26. Tale exercitium religioni nostræ non competere, nec FIDES competere posse, nec ad eò illam tutissimam probare voluit Be- LUTHE- canus tali argumento: Quicumq; docent, neminem mortalium servare RANA posse mandata Dei, illi ipsi non servant, & testantur se non servare, & non exclu- ad eò reos ac transgressores Legis divinæ esse. Lutherani, &c. E. Si dit EXER- extra imputationem (quâ statuimus, credentes in Christo habere CITIUM tantum, quantum lex requirit, imò plus habere fide seu per im- bonorum putationem) quæstio sit, de renovatione (extra gratiam enim, u- operum & string; conceditur impossibilitas,) & observatione mandatorum Le- observ. gis moralis perfectâ actuali, vel potentiali, conformatâ cum regulâ Legis mandato- divine, concedimus totum argumentum. Fatemur nec nos ser- rum. vare, nec posse servare, (nedum transcendere) præcepta Legis di- Syllog. Be- vinæ, & ad eò in tantum semper transgressores & reos esse, in quan- cani, tum omnis actio nostra, etiam justificatorum & renovatorum, intu- itiu illius defectus, qui est in renovatione, & veteris hominû adhuc inhabi- tantis, et si sine regno, est peccaminosa: de cœtero Credentes etiam in renovatione & per illam observare mandata statuimus, quate- nus sc. summam præcepti observant, quæ est charitas ex fide verâ, corde purificato, bona conscientia, quæ sunt in omni justificato, Rom. 3. 23 24. c. 5. 1. Act. 15. 9. Heb. 9. 14. Imò credentes per spiritum re- novationis quoc; habere, id quod Lex requirit: At non in illo gradu excellenti Legali, quem Lex præscribit, non ita, ut coram Deo su- stinere, & mereri, nedum ita ut supererogare hæc in vitâ possit, Pro hæc nostrâ fide tutissima, facit chorus omnium sanctorum Psal. 32. 6. Joh. 1. 8, facit Confessor fidei nostræ Paulus Rom. c. 7. 14. 15. An au-

E

tem

Fides Lu-
theranorû
est fides o-
mnium san-
ctorum.

DE FIDES PAULI,

tem Paulus renatus, magna voce, se Carnalem, sub peccato venundatam, se παλαισμενον, sit transgressor αὐτοκαταίερα. Non salvandus Ita concludit Becanus: Respondet autem Paulus c. 8. i. οὐδὲν καταιεμα πῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ: ratio: νομοῦ τοῦ πνεύματος & ζωῆς Ἰησοῦ liberans à lege peccati v. 2. Ratio rationis: Deus mittens Filium ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς καὶ ὡσεὶ ἀμαρτίας condemnans peccatum v. 3. Testatur pro nobis symphonia Patrum. Audiatur ex illà Hieron: ad Critobulum personatum Pelagium Dial. x. Hoc quod posuisti posse hominem sine peccato esse si velit, aut verum est aut falsum. Si verum, ostende, qui fuerit. Si falsum, quicquid falsum est, nunquam ferri potest. Itaq; aut da exemplum; qui absq; peccato fuerint in perpetuum? Aut si dare non potes, confitere imbecillitatem tuam, & noli ponere in caelum Os tuum, ut per Esse & Esse posse stultorum illudas auribus. Audiatur Bernhardus: Quomodo (charitas sive in actu, sive in affectu jubenda fuit, CUM IMPLENDA NULLO MODO ESSET, h. e. MINIME in vità possit ab ALIQUO HOMINUM adimpleri? Quis enim sibi arrogare id audeat, quod Paulus ipse fateatur non comprehendisse? Nec latuit praeceptorem, praecepti pondus hominum excedere vires: sed iudicavit utile ex hoc ipso suo illos insufficientiæ admoneri. Ergò mandando impossibilia non praevaricatores homines facit: sed humiles, ut os omne obstruatur, quia non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: Sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Serm. 51, sup, Cant. p. 716.

Patrum citatur Hiron.

Bernhard.

Habet testimon. scholasticorum. Lombard Vim SIM- MI PRÆ- CEPTI explicuit:

§. 27. Dat religioni nostræ, qua hoc ipsum dog ma, TUTISSIMÆ palmam SCHOLASTICORUM consensus. Magister illorum Lombardus qui plus & melius imprudens dixisse dicitur, quàm benè meditatus, l. 3. dist. 27. optumè planeq; pro nobis: lubemur diligere ex toto corde, i. e. ex toto intellectu, ex totà animà, i. e. ex tota voluntate, ex totà mente, i. e. memoria, ut omnes cogitationes & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, à quo habes omnia quæ confers illi. Hec dicens NULLAM vitæ nostræ partem reliquit, quæ vacare debeat: Sed quicquid venerit in animum, illuc rapiatur, quò dilectionis impetus currit. Idem ibid, p. 266. illud præceptum de diligendo Deo ex toto corde &c. non penitus impletur ab homine in hac vitâ mortali? Sed EX PARTE NON EX TOTO:

quia

quia sicut EX PARTE cognoscimus: ita EX PARTE diligimus.
IN FUTURO autem implebitur EX TOTO. Cum adhuc est ali-
quid carnalis concupiscentie, non OMNI MODO ex totâ animâ dili-
gitur Deus. Cum autem venerit, quod perfectum est, in illâ plenitudine vite
beate præceptum illud charitatis implebitur. Tunc erit justus sine pecca-
to, quia nulla erit Lex repugnans menti. Tunc prorsus toto corde, totâ
animâ, totâ mente diliges Deum, quod est SUMMUM PRÆ-
CEPTUM.

§ 28. Objicit nobis Becanus adolescentem illum Matth. 19, 24. *Adolefcēs*
Marc. 10, 21. cui roganti: Quid boni faciam, ut habeam vitam eter- *ille Matt.*
nam, responsum à Salvatore: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. *19. non su-*
Concludit, juxta nos Salvatorem non rectè respondisse. Et ut videas *ic perfe-*
acumen Jesuitæ, addit: Si impossibile est servare mandata, non potest *ctus Ob-*
alicui prudenter svaderi, ut si servet, Sicut Medicus non potest pruden- *servator*
denter svadere febricitanti, ut si servari velit, deglutiat saxum aut mola- *Legis.*
rem lapidem. Hoc enim impossibile est. Acumen: quale sc, non
habuit LOMBARDUS: qu. loco sup. alleg. ad quæst. Cur præ-
cipitur homini ista perfectio, quam in hac vitâ nemo habet? Respondet.
Quia non rectè curritur, si quod currendum, nesciatur. Quo modo au-
tem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur. Ecce habes cur illud præce-
ptum est, Quod hic penitus impleri non potest. Impletur tamen ex
parte sc. secundum perfectionem via. Alia perfectio currentis: alia per-
venientis. Facit hoc mandatum quidam Cursor: nullus tamen perficit.

§ 29. Respondit omninò rectè Servator: Sed κατ' ἀρχαίως *Salvator*
ἔστω, & ut καρδιογράως, qui noverat latentes in corde consulen- *respondēs*
tis Adolescentis fallas hypotheses. Implere perfectè legem to- *κατ' ἀρ-*
tam, plus est Viatori, quàm deglutire Saxum, aut molarem lapidem. *χαινω.*
Si quis melancholicus tale sibi possibile prandium imaginetur, ei-
demq; curando à tali phantasiâ, & convincendo de imaginatione
fultâ dicatur à Medico: Si vis sanari, tenta deglutire saxum, ita ut
per impossibilitatis experientiam fallus convinceretur, responsum
est κατ' ἀρχαίως & tale medicamentum, quale postulabat mor-
bus. Adolescens ille falsò sibi perfectionem Legis arrogaverat,
ex illâ tumidâ hypothesi, quæ non latebat Magistrum ἢ καρδιο-
γράως, quæ viverat: Quid faciam? Ex illâ hypothesi prævisâ &
jugulan-

jugulanda, responsum à Salvatore: **SERVA MANDATA (LE-
GIS** sc.) Protrahitur jam in lucem, quod antea latebat in pectore
clausum. Excipit Juvenis Consultor: *Se perfectum Observatorem &
quidem jam inde à Pueris.* Hic jam exemplo ostendit Salvator falsum
illum. *Præcipit, quod non erat supra: sed secundum Legis mentem,
& jussit: Omnia vendere, pauperibus dare, thesaurum in celo expectare.*
Ita Juvenis victus tristis discedit: Christus autem Victor, obtinu-
it, quod intendit, sc. probavit apertè adolescentem illum, non
paratum omnia dimittere propter Deum, non diligere Deum ex toto
corde, nec adè perfectum Legi Observatorem fuisse vel esse. De cœte-
ro Adolescentem illum majori studio fuisse Observatorem man-
datorum, quam quo observat Papismus, facilè concedimus.
Monstri instar habet, nedum Phariseorum mensuram nomi-
nis explet Papismus Interpret summi præcepti: 12. hâc de re
variantes opiniones, videre est apud *Azorium* p. 1. l. 4. cap. 9. &
Filii. de cas. consc. tr. 32. c. 9. Summa: *Præceptum hoc non obli-
gare, nisi semel quinto quoque anno inter rationis usum & mortis artica-
lum, ita ut si quis bis in quinquennio cor elevet, ad eliciendam dilectio-
nem Dei, si jam saper præceptum Legis mereatur ex supererogatione.*
Ita facilè est Viatoribus implere Legem. Non putamus tantâ fe-
bri laborasse Adolescentem illum, cujus proinde studium, etsi
cum errore conjunctum, Christus approbavit, & cum Viatore ju-
vene placidè egit, imò dilexit juvenem.

*Monstruosa
explicatio
summi
præcepti
papistica.*

*Alex. A-
lens.*

§. 30. Cum Lombardo facit Alex. Alens. p. 2. q. 109. m. 6.
Præceptum de diligendo Deo non potest impleri in viâ ratione circumstan-
tiæ, quæ est ex toto corde, i. e. non potest ita diligere, ut nihil retrahat ali-
quo modo ad tempus, ab affectione in Deum Id. p. 4. q. 17. m. 1. Ne-
que dubium, quin recentiores pontificii per experientiam & *σωτες*.
ἡγορας ac *ἡγαλογο* *ἰσῶν* *πατρι* *σο* *για* agnoscant Obedientiam & di-
lectionem Viatorum conjunctam cum multiplici defectu ac perfectionis
privatione, & summam perfectionem nobis in hâc vitâ impossibilem: cum
tamen Lex requirat summum amoris gradum non saltem secun-
dum æstimationem: sed & intensiorem. Esto argumentum:
*Summa perfectio dilectionis in hâc vitâ est impossibilis. Summa perfectio
dilectionis est id, quod postulat à Legge & præscribitur in præcepto sum-*
mo. E.

mo. E. Quoddam quod postulatur à Lege, est in hâc vitâ impossibile. Major & minor est concessa ex evidentia testium tùm κατ' ἀληθινὰ, tùm κατ' ἀνθρώπων vid sup. & conf. Matth. 5, 48. Stat ergò Conclusio orthodoxa. Dicunt, hanc sibi non contradictoriam: Limitandum minorem: est id quod postulatur à Lege: sc. non pro statu viæ, non à Viatoribus: sed comprehensoribus. Concludendum. E. Quoddam quod postulatur à Lege pro comprehensoribus, est impossibile Viatoribus: id quod concedunt. Unde autem distinctio illa duplici postulati, nisi ex concessione nostri dogmatis: Summa perfectio dilectionis Lege præscripta & postulata, in hâc vitâ, est impossibilis & defensione pertinaci iustitiæ operum? Vicimus ergò. Dicere autem Viator perfectè observat legem pro ratione Viatoris, est ἀνυπόθετον ἐπεὶ ὁ ἀνθρώπος ac si diceret: Viator perfectè observat legem imperfectè. Si dicitur observare quidem: sed imperfectè nulla est contradictio. Concedimus. Et ubi hic in confessâ imperfectione meritum operum? Ubi Consilia, & supererogationis opera, quippe quæ sunt Opera perfectâ Dei observatione perfectiora? Lex non præscribit Opera semiperfecta Viatoribus, quorum excessus sint supererogationes (c. c. juxta Pontificios Viatori sufficit non fornicari ex præcepto: licet per præceptum πορνεύειν, libidinosè uri: ita ut qui non fornicatur, licet uratur, sit Observator perfectus legis, & capiat verbum illud, de quo Salvator Matth. 19, 11. ὅτι πάντες χωρεῖτε τὸν λόγον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, qualis si vivat in coelibatu, etsi impuro, & qui tumultus experitur mentis libidinosissimos, illum dicunt supererogare s. plus præstare quàm Lex à Viatore postulat: & juxta illos, Adolescens ex præcepto opus haut habebat jubente Christo extemplo & libro Spiritu Vendere omnia, dare pauperibus &c. sed si id fecisset, Consilio parvisset, & supererogasset) sed eandem perfectionem omnes poscit, ut Viatores sentientes impossibilitatem summæ perfectionis, agnoscant se esse Viatores imperfectos, qui hâc in vitâ non possint perfectè servare mandata Legis. Succumbit hîc sanè Papismus, sibi ipsi contradictorius, & dat nobiles palmas fidei TUTISSIMÆ.

Lex eadem Viatoribus præscribit summum gradum perfectionis.

§. 31. Apparet amplius TUTISSIMA nostra Religio ex principio fidei nostræ, fatentibus Pontificiis stabili ac certo: principio autem fidei Papisticæ lubrico. Agnovit Cajetanus optumam &

RELIGIO TUTISSIMA.

E 3

veram

veram Theologiam esse sacram Scripturam, huic primatum debeti: neque Juri Canonico credi, nisi quatenus ad Theologicam recurrit autoritatem, quæ est SACRÆ SCRIPTURÆ. Neque improbanda alia ejusdem Cajetani tom. 2. tr. 1. c. 1. Non ratio: Sed divina revelatio est, cui fides innititur: & secundum eam oportet discernere, quicquid in fide discernendum est. Extraordinaria verò via, quæ potest aliquid discerni in fide esse, si miraculo vero Deus attestaretur aliquid ad fidem spectans. Sed hinc esset opus cautela magna, cum ex parte operum mirorum, quoniam Angelus Satana transfert se in Angelum lucis, cum ex parte illusionum, ut contingit in prestigis. Tum quia signa data sunt infidelibus, non fidelibus: Ecclesia verò tanquam fidei data est revelatio Prophetica & Apostolica. Et habemus à Deo ordinariam viam decretorum fidei in tantum, ut si Angelus de cælo oppositum hujus ordinariæ viæ diceret, non esset ei credendum. Accedit, quod miracula quæ ab Ecclesiâ suscipiuntur in canonizationibus Sanctorum, non omnino certa sunt, quoniam scriptum est: Omnis homo mendax, licet sint certa more humano: fidei autem Christianæ certitudo, non humano more certa esse debet: Sed infallibile omnino habere debet testimonium, quale solus Deus præstare potest. Unde & Petrus Apostolus cælestis vocis in transfiguratione à se audite proprio testimonio, tanquam humano utens, subjungit: **ET HABEMUS FIRMIOREM SERMONEM PROPHETICUM.** Divino ergò testimonio certitudo haberi debet in discernendo judicialiter res fidei. Sed pro principio nostro & **REGULA TOTALI**, Cui cornua & alas addere voluerunt Cornuti quondam Ingolstadtenses Ratisbonæ collocutores, prodeat Confessor Bellarm, ex lib. 1. de Verbo Dei cap. 2.3. Moses, inquit, Prophetæ, Christus, Apostoli divina dogmata ex Scripturis confirmarunt, & ad illas legendas alios invitarunt. Johannes Baptista testem suæ legationis Esaiam Prophetam adhibuit. Laudantur Beroenses, Scrutatores Scripturarum. Apostoli autoritatem Scripturarum unversim prædicabant: Scripturas certissimas & verissimas esse testis est veritas vaticiniorum, incredibilis conspiratio, Deus ipse, miracula ipsa Scriptura. Prophetici & Apostolici libri sunt verum verbum Dei & certa ac stabili regula fidei. Cum Scriptura regula sit **CERTISSIMA, TUTISSIMA**, insanus profecto erit, qui eam neglectâ interni & fallacis sæpè Spiritus iudicio se submiserit.

miserit. Cum Mose Prophetis, Apostolis ac Christo ipso, ac Deo Patre
pugnant, qui sacras literas contemnunt. Nihil deest, quàm ut assu-
matur contra fallacem infallibilem, ejusq; Spiritum: quem falla-
cem sæpe extitisse, ex tot deliquis papalibus, apostaticorum
Pontificium exemplis & cathedræ erroribus in confesso est. Certè
nullum est privilegium Spiritus Pontificiorum præ Spiritu Liberti-
norum, quos contra Bell. disputat, atq; uti illi Scripturam à Spiritu
suo abstractam pro Literâ mortuâ: ita hi sine Spiritu Pontificali
infra *Æsopi fabulas* æstimant, imò intra *Asinam Bileami*. Illud post
Hermannum, defensum, & quidem, PIO, ut ait, SENSU ab *Hosio*
Card. tom. 1. op. adv. Brent. proleg. Hoc à *Vito Mileto* qui & tuetur
censuræ Colonienfis blasphemiam de *Naso cereo* p. 17 18. Vid. *Pelt.*
Coster. Sot. Canis. Tanner. Gretf. illorumq; flosculi Ratisbonen-
ses. Sanè aut nihil agit Bellarminus præter nugatorem, aut dispu-
tationem totam retorquet in Papismum. Sed pergamus. Fallax
est & incredibili subtilitate ex Petro, Petrà, clavibus regni cælo-
rum, & imperativo, Pasce Oves, educta catena *hypothesium Jesuiti-*
carum, quibus itur ad *presentem in fallibilem*. Docent. sc. 1. Christum
visibilem Monarchiam Ecclesiasticam instituisse, 2. Solum Petrum
Christi Vicarium, totius Ecclesiæ caput & Monarcham institutum
esse, factâ promissione ante: collatione post resurrectionem. 3. A-
postolos quidem à Christo omnem potestatem & jurisdictionem
Ecclesiasticam plenissimam immediatè accepisse: sed SUB PE-
TRO, ita ut hic solus fuerit Pastor summus & ordinarius totius
Ecclesiæ, cui succedatur, seu, ut hic solus immediatè potestatem ju-
risdictionis ORDINARIÆ à Christo acceperit, ita ut ab illo aliis
accepturi erant ut ei subiecti. Apostolos ergò fuisse Pastores ex-
traordinarios & quasi delegatos seu subditos Petri, qui tamen ex
beneficio superioris (Christi) & adeò ex speciali gratiâ, seu viâ præ-
ventionis gratuitæ, immediatè illam potestatem acceperint à Chri-
sto, quam accipere potuissent ordinariè de ipso Petro, & quâ Oves
fuerint sub Petro, de cætero illustres potentiâ executivâ: non præ-
ceptivâ. 4. Petrum per 25. annos Romæ Episcopum fuisse. 5. In
Ecclesiasticâ Monarchiâ Romanos Pontifices, ut totius Catholica
Ecclesiæ summos Pastores Petro succedere. 6. Illos summos Ju-
dices

Blasphemia Pontificiorum,

Sequela hypothesium Jesuitarum pro Papâ infallibili & œcumenico.

dices in controversiis fidei & morum esse. 7. Et quidem supra
 Concilium & Ecclesiam universalem. 8. Papam nec in fide nec in
 præceptis morum præscriptis toti Ecclesiæ errare posse: imò non
 solum ut summum Pontificem: sed etiam ut particularem perso-
 nam, hæreticum esse non posse, falsum aliquid contra fidem per-
 tinaciter credendo. 9. Talem œcumenicum, infallibilem, su-
 premum Ecclesiæ Judicem, Caput, Monarcham esse præsentem ex
 Fabio Chisio factum Alexandrum VII. Conf. *Bell. l. 1. de Rom. Pont. c. 9. 10. 12. 13. 14. l. 2. c. 4. 12. l. 4. de pot. spiritual. c. 1. l. 2. de aut. Conc. c. 17. l. 4. de R. P. c. 3. 4. 5. 6. c. 22. 23. 24. Becan. l. de Rep. Eccl. Ra- tisp. sess. 1. p. 23 Gerson. in Rep. c. m. ex c. 11.* Et sunt circa hanc subti-
 lem hæresin, ipsorum Pontificiorum horrida bella non negante id
 Bellarm. in loc. alleg. & Cajet. tom. 1. tract. 1. de aut. Pap. & conc.
 capp. priorib. *Quin audiatur Lyra explicans acropolin illam de Petro, Petrà, clavibus regni cœlorum, unde totam hanc sequelam deducit Papismus: Ita ergò ππερ Φεα¹⁷¹ ille ad Matth. 16, 16. 17. Ego dico Tibi (pro TE ET SOCIIS TUIS) quia Tu es Petrus (i. e. Confessor vera Petrà, quæ Christus est, factus) & super hanc Petram (quam confessus es i. e. super Christum) ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum (i. e. persecutiones Tyrannorum, & insultus ac tenta- tiones Spirituum malignorum) non prævalebunt adversus illam (à vera fide subvertendo: ex quo patet, quod Ecclesia non consistit in homini- bus ratione potestatis, vel dignitatis Ecclesiasticæ vel secularis, quia multi Principes & summi Pontifices, & alij Inferiores inventi sunt apostatasse à fide: propter quod Ecclesia consistit in illis personis in quibus est notitia vera & confessio fidei & veritatis.) Et tibi dabo (non solum pro te: sed ETIAM PRO ALIIS: Sicut enim Confessio Petri erat Confessio aliorum: ita potestas hæc data Petro intelligitur dari aliis, licet Petro principalis, quatenus erat aliorum capitaneus) claves regni cœlorum (istæ claves non sunt materia'es: sed potestas spiritualis duplex, una discernendi peccatum à non peccato: altera potestas admittendi ad regnum, vel excludendi à regno cœlorum secundum verum iudicium præhabitu- tum) quodcumque ligaveris in terris &c. (supposito hæc in terrâ de- bito usu clavis, Deus illud approbat in cœlis: aliter non) Conf. de Patri- bus aliis M. de Dom. lib. 1. de rep. Eccl. p. 51. & c. 10. n. 33. Sic In- terpreta-*

37
interpretationes Imperativi illius *pasce* Joh. 21, 15. Baronio Bellarminianæ i. e. *Supremum in Ecclesia dominatum tibi asserere, regio more impera* ex professo contradicunt voci Christi apud Evangelistas: Reges gentium dominantur: Vos autem non SIC. Conf. *Ibid.* l. 1. Ep. 103. & 356. Ter hoc Petro dictum non ob Dominium: sed ob ternarium abnegationis Marc. 14, 30. De Petro Capiteano Lyran vid. M. de Dom. l. 1. de R. P. p. 56. n. 10. Sic in quæstione de *temporalipotestate Pontificis*, bellum inter *Canonistas* Antichristi revelatores summos, & ad insaniam usque Monarchicos, & *Bellarminum* aliosq; *Theologos*, (Bozium & pauculos Apostatas canonifatos excipimus) acerrimum. Bellarminum, ejusdemq; Socios *novos Theologos* vocat, eosq; *apertissimè falsa, & adversus omnem veritatem pugnantia docere* dicit *Bozium*. Hunc & Sectam Bellarmini, æqvè ac *Canonistas* refutat *Guilielm. Barclajus* in lib. *de pot. Papa in princ. Christ.* inscripto *Clem. VIII.* Pontifici Rom. negans, Pontificem habere potestatem temporalem sive directè, sive indirectè, sive de jure divino, sive humano, & jugulans Bellarmino Bellarminum: testatur idem *Barclajus*, *parum absuisse, quin omnia Bellarmini opera, censura pontificiâ magno cum Ecclesiæ detrimento abolerentur, id quod ex ordinis Jesuiticî Patribus se audivisse narrat.* Vid. Dn. Gerhard. Thom. 6. p. 37.

III. Ex
processu in
demon-
strationi-
bus Theo-
logicis.
S. 32. Apparet fides nostra tutissima ex comparatione processus papistici cum nostro in conclusionibus Theologicis: Uterque incipit à Scripturis, Principio nostro & TUTISSIMO. At ille procedit ad omnes Conclusiones mediante Ecclesiâ, Conciliis, Pontifice: Nos eadem immediatione credimus sub Principio I, omnia dogmata, quâ Pontificii credunt ipsum omnium credendorum principium: quod si ergò principium papisticum, in compositione, nostro immediatè suppositum, est certissimum, nostra omnia erunt certissima, quia æqvè immediatè supposita, & æqvè evidentè ex Scripturis educta. Et si illi immediatè propter testimonium Scripturæ sine Spiritu Pontificis, credunt spiritum residentem in uno Pontifice, & hunc in Cathedrâ inerrabilem, necesse quoq; non est, ut nos credamus nostra credenda mediante vel Ecclesiâ Rom. velejus capite, Romano Pontifice: sed licebit illâ ipsâ, quâ illi, immediatione frui. Insanus iterum erit, qui Scripturâ neglectâ fallacis Spiritus judicio se submiserit. Sufficit hæc pro religione TUTISSIMA posuisse contra Pontificios.

E

S. 33. In.

4^a
RELIGIO
nostra TI.
TISSIMA
judicio.
CALVI-
NIS MI.

§. 33. Institutum argumentum paucioribus expeditur contra Calvinianos. Errores illorum alibi representati, ibidem q; examinatum judicium Brighthmanni Angli Cant. c. 6. 7. de 60. *Reginis*, 80. *Concubinis*, innumerabilibus *Ancillis*: unde *Reginas Calvinismo*, *Concubinatum nobis*, *Ancillarum innumeros numeros Papismo* tribuit, *Genevensis Ecclesiz*, ut *unius columbæ* commendator maximus. Sanè nec *Reginarum* majestatem, nec *columbinam* simplicitatem (maximè in argumentis de præsentia corporis Christi. Eucharistica, & majesticâ Carnis omnipræsentia) sapiunt dogmata Adversariorum erronea fundamenti tum essentialis, tum doctrinalis destructiva in materiis, 1. de unione hypostaticâ & communicatione Idiomatum realissimâ. 2. De divinâ majestate Carnis exaltatâ. 3. De ascensione Jesu Christi, & sessione ad dextram Patris. 4. De Invocatione Jesu Christi ut hominis. 5. De misericordiâ & *Φιλανθρωπία* universalî. 6. De satisfactione Jesu Christi objectivè universalî. 7. De Vocatione efficaci, & serâ voluntate omnes homines per verbum salvandi. 8. De certitudine fiduciali Patris diligentis, Filii satisficientis, Spiritus S. vocantis fundatâ in promissionibus universalibus. 9. De Baptismo regenerante. 10. De Sacramento Eucharistiz. 11. de providentiâ, & decreto Dei circa actiones Diabolorum & impiorum. 12. De prædestinatione & reprobatione non absoluta. Et hæc ipsa tollunt *unitatem religionis, spem fraternitatis* (quam tamen aut contra conscientiam postulatam oportuit, & *maledictam fraternitatem*, si quales aliquando appellamur à fratribus, sumus, *Pelagiani, Eutychiani, Capernaïta, Theopascbita, Nestoriani, Crypto Sabeliani, Ariani*, vel si illa jure postulatur, contra conscientiam per infandam calumniam illis hæreticorum titulis notatos nos ab affectatis fratribus, constabit orbi. Vid. Ursin, in *Com. Cath.* p. 353. *Id. de Eccles. quæst.* 5. p. 490. ubi sententiam fert de *Jacobo Andrea, Osiandro & Pappo* jure damnandis. Georg. Hansfeld im *Wegweiser*/pag. 411. Heidelberg. in *Confess.* p. 167 im ausführlichen Bericht. c. 6. p. 197. 198. *Consensum Symbolicum, & fundamentorum*, ut falsus fuerit *Crypto Calvinista Ratisponensis* ponens: *Wir (Lutheraner und Calvinisten) stehen in fürs nembstem und zur Seligkeit nothwendigsten Glaubens-Artickeln/Erkândniß des dreyeinigen Gottes/wahren Gottesdienstes/rechter Anrufung/Busse/Rechtfertignng/ und also unsers Heils Wege und Mitteln*

Mitteln in Christo Iesu auff einen unbeweglichen und festen Grunde. Item: Wir sind in der Confession des Fundaments einig/ als
1. Einig von gnädiger Rechtfertigung des armen Sünders vor Gott/ durch das im Buß und Glauben ergriffene Blut und Sedt Christi (fallum illud constat ex *Causis justificationis* circa quas omnes & singulas *fundamentalis dissensus* est vid. sup. n. 5. 6. 7. 8.) 2. Von Anrufung des einigen Gottes und Vaters im Namen Iesu Christi unfers einigen Hohenpriesters / Advocaten und Mittlers bey seiner Rechten (fallum iterum uti constat ex num. 1. 2. 3. 4. 5. conf. Assert. Orthodox cont. Calvin.) vid. Donawerus in *Judicio dato Senatui Ratisbonensi*: Warum er auff öffentlicher Cangel in Verfeßung und Verdammung der genandten Calvinisten sich nicht einlassen könne. p. 3. 27. & 32.

§. 34. Neque ergo læsæ majestatis crimen interpretabitur aliquis Zelota pro Brighthanno, si mentienti *Reginam* detrahimus *Coronam*, eidemq; pro *Columbâ* tribuamus insigne *milvoj* vel *accipitris*. Ignoscent, si eâ conditione æstimemus, quâ Brigtmannus (an bonus interpres illarum מלכא nunc non inquirimus) illas sine numero ancillas. Admittimus autem nunc, concessum ab Adversario *concupinarum* s. dignitatem מלכה, nam & ille conjugium est, et si minore solemnitate, quam *Reginarum* copula. Admittimus אין שפוט illud commune *Irenicorum* confessum: Inter *Reginas* & *Concupinas* in omnibus *fundamentalibus* esse consensum: Controversiam, de unâ saltem *paleâ* sc. de solâ orali manducatione, & multipræsentia s. *Omnipræsentia Carnis Christi*, superesse, indignam vel minorem certè tauto Schismate *Ecclesiarum* consentientium in cæteris, quippe de quâ, salvâ salute, liceat sentire liberè. Ita Pareus in *Iren. Comp. Orth. Conf. Sturm. Rob. Bel. Leg. Angl. Berg. in Irenico*, & in *Disp. Franc. f. 1. quæst.* Ob die Evangelischen im Grund der Seligkeit einig seyn. Ibid. thes. 249. ubi probatur, nostrum dogma de orali manducatione nec ulli articulo fidei contradicere nec fundamentum fidei destruere Brigtm. in *Cant. p. 112.* qui de solo conquiritur portentosa ubiqvitatatis dogmate, ejusq; Autoribus, Joh. Brentio & Jac. Andreæ. Admittimus Hugonottorum ad *Augustanos Confessores in Conv. Wormac. Anno 1557. Legatorum Confessionem*: Sentimus, nos & vos unam veram Ecclesiam Filii Dei esse vid. *Hist. A. C. ad An. 1557*
Addimus *judicium Perkinsi magni in Angliâ Theologi in Catechism.*

*Ecclesie
Calvini-
anae nec
Reginae,
nec Col-
umba.*

Germ. impresso Basil. Anno 1606. p. 722. *Belangend die teutschen Kirchen/ so Lutherisch genandt werden/die erkennen wir für die wahre Kirchen Gottes: & paulo post: Die Gegenwart des Leibes Christi unter dem Brodt stoffet nicht umb die Substantz einiges Artickels der Religion/ sondern nur ein Hauptstück der Philosophie/welches ist/das ein Leib allein einen Orth einnimpt zu einer Zeit. Admittimus postulatum Beze in coll. Mompelgart lectu dignum de dextrâ fraternitatis. Conf. Histor. Coll. Momp p. 568. (cui simile Heidelbergens. & Colloq. Marpurg. Anno 1529. inter Luth. & Zwinglium) Jacob. Adam. in praf. resp. cont. Colet. Ich halte es gänglich dafür daß sie (die Lutheraner) ob sie schon in ihrer Meynung beharren/darinnen wol können selig werden/wil auch gerne mit ihnen Brüderschaft halten. D. Schonfeld. Prof. Marp. in Speculo Calumn. Wir wollen mit keiner Kirchen/ so das mündliche Essen und Trinken des Leibes und Blutes Christi im H. Abendmahl etwa gläubet oder hält/ deswegen streiten noch sie verdammen. Ita Ursinus, adm. Neost. Conc. Discors de Unitate Symboli: Ecclesie nostrae earumq; confessiones, cum Aug. Confess. nequaquam pugnant, cum in alii omnibus articulis: tum etiam in primis de pers. Jesu Christi, & ejusdem S. Cœnâ. Satis argumentorum *κατ' ἀβραμ* pro religione tutissima. Quæ vera Ecclesia Dei Filii dicitur, cujus communio, fraternitas, expetiitur, illa non habet dogmata cum fide Christiana pugnantia. Ecclesia nostra &c. E. item: Cujuscunque Ecclesie commendatur ab Adversariis & sibi communicari postulatur Symbolum, cui integrum tribuitur salutis fundamentum, & dogma non damnandum, nulli articulo fidei contradictorum, cum quâ syncretismus & fraternitas Christiana desideratur: cujus, si quæ sint errores, alterius partis iudicio, paleæ saltem sunt & stipulæ, quibus non obstantibus possint salvari singuli, ab hac deficere ad illam, cui illa, à quâ deficitur, nec fundamenta integra, nec solarum palearum superstructionem, nec adeo salutem certam, nec religiose pacis & fraternitatis dextram, nec syncretismum contra Pontificios (vid. Bez. resp. ad Acta p. 112.) concedere gravissimè de causis potest, magna omnino levitatu & Atheismi crimen habet. At Ecclesie. Lutherana &c. E. Videmus Dnm. Theologos Wittebergenfes in lib. cui titulus: *Freuherhige Warnung an alle Lutherische Christen/ in Böhmen/ Mähren/ Schlessien und andern Ländern/das sie für annehmen der irrigen und hochschädlichen Calvinischen Religion bestes Fleisses sich hüten sollen/* n. 59, eodem*

Sylogism
Theolog.
Witteberg
cont. A-

dem Syllogismo ufos: Wir nehmen diß für bekandt an/ daß sie uns
ferer Religion diß Zeugniß selber geben/ Man könne in und mit der
selben gar wol selig werden/ Je wolan/warumb wolten wir dann sol-
che Lehr verändern: Sondern weil noch nicht erwiesen/ daß der
Calvinische Glaube im Grunde auch richtig sey/ und gen Himmel füh-
re/ sondern darüber wird noch hefftig gestritten/ und das Gegentheil
getrauen wir uns leichtlich darzuthun. Demnach schöpfen wir hier-
auß die unwiedertreibliche Schlußrede: Welche Religion von den
Widersachern selber das Zeugniß hat/ daß man dadurch wol könne
selig werden/dieselbe ist unnötig zu verändern/sondern soll getrost und
beständiglich behalten/ auch billig der jemigen Religion weit verzogen
werden/die solch Zeugniß nicht hat/darüber man auch noch streitet/
ob sie in den Himmel/ oder in die Hölle führe. Unsere Lutherische Res-
ligion aber hat von den Widersachern selber diß Zeugniß &c. E, Vel
brevius: Der gewisse und unstreitige Weg zum Himmel ist besser und
billiger zu erwählen/ als der streitige und ungewisse. Die Lutherische
Lehr ist wie ein gewisser und unstreitiger Weg zum Himmel/ wie sol-
ches die Calvinisten vor sich selber ungezwungen bekennen/ihre Lehre
aber ist unterdeß noch streitig und daher ungewiß. Darumb ist die
Lutherische Lehr besser auch billiger zu erwählen/ als die Calvinische
Præclare aded & planè ex instituto nostro: unde venerabilis Facul-
tatis Syllogismo obfirmamus nunc iudicium de Religione Tutissi-
ma contra Calvinianos.

§. 35. Horret animus meminisse, Luctuq; refugit, dum excutiendus RELIGIO
est Photinianismus redivivus, ejus demq; blasphemia circa geminum ma-
ximè mysterium Trinitatis & Incarnationis. Nec 1. nec 2. nec 3. in
divinitate personam se agnosceat fatetur Smalc. disp. de Trin. p. 15. judicio
Generationem filii ex Substantia Patris, & exinde datum unige-
niti titulum, processionem Spiritus S. personalem, & S. S. perso-
nam esse, falsum, absurdum, fabula, error, eidem Smalcio dicitur Dogmata
ibid p. 3. Socin l. Q. R. P. p. 40. Dogma de Trinitate, Monstruosum, Photinia-
vanissimum, hominum commentum, confictum, absurdissimum, norum hæ-
falsissimum, exhibendum, nugamentum, Antichristi figmentum retica im-
vocat idem Smalc. l. all. p. 2. 10. Dogma de Incarnatione æterni Dei filii pedientia
esse commentum hominum, apertissimum & accommodatissimum iudicium
ad fundamentum hoc quod est Jesus Christus, evertendum aut idem
Smalcium ref. thes. Graw. de Incarn. Filii Dei: quo autem argumento: Si
filius

filius Dei æternus est incarnatus, & ad eam personam fuit, antequam
 incarnaretur. E. vel per incarnationem sunt duæ personæ, vel Fi-
 lius Dei non est homo. *At utrumque posterius absurdum, E. & prius.*
Accipimus autem lubenter concessum illud: Si æternus Dei filius incar-
natus est, sequitur eum antea reipsâ exitisse, & personam fuisse,
quàm incarnaretur. Persona enim tantum incarnari potest. Ne-
gamus autem: Si filius Dei ante Incarnationem fuit persona. E. non
est persona concepta vel nata ex Mariâ virgine: vel duplicanda
persona. Negamus axioma Socinianorum; Homo nemo appellari
potest, QVI PERSONA HUMANA non est. Conf. Socin. l. Q. R. P. c. 4. p.
29. p. 22. 41. Dogma de Unionem hypostaticâ dicitur esse merum somnium
à Papistis acceptum ibid. vid. c. 5. p. 66. Dogma de satisfactione factâ ju-
stitiæ divinæ per sanguinem Jesu Christi pro peccatis nostris, est er-
roneum detrahens summæ vel potestati vel benignitati divinæ er-
ga nos plurimum. Dogma de Imputatione Justitiæ Jesu Christi in
Justificatione, quomodocunqve ab illis vel intelligatur hodie, vel
olim fuerit intellecta, ingens Evangelicorum error est Socin. c. 2. p. 20.
21. lib. Quod Regni Polon. &c. Homines post mortem nec sunt rei-
psâ, nec animæ illorum ante Christi adventum fruuntur ullâ Vo-
luptate. Nec ipse Christus statim post mortem in Paradiso fuit, nec
Latroni statim Paradisum promisit. Verba Christi ita distingvenda:
Amen dico tibi hodie: mecum eris in Paradiso. Item: Totus Christus
quando in coelos elevatus est, Spiritus factus est: antea enim semper
caro fuit, non Spiritus. Ex illo ergò tempore non ampliùs caro est.
Ita totus homo in adventu Christi erit Spiritus sine Substantiâ car-
nis: erit essentia merè spiritualis Smalc. ref. Smigl. l. 1. p. 149. 151.
Baptismus infantum æqvè est res puerilis (& prorsus adiaphora) ac
psittacorum: illi adscribere regenerationem, est idololatricum &
error vix tolerandus in homine Christiano Smalc. in err. Smigl. p. 37.
Moskorzov. cent. Smigl. p. 42. Baptismus aquæ sive infantum, sive
adultorum à Christo præceptum, & in locum circumcisionis sub-
stitutum, fabula est. Id. Smalc. disp. de baptis. p. 310. In S. Coenâ nul-
lo modo est corpus Christi, quippe quod tantum est in coelo. Ver-
ba Coenæ: Hoc est Corpus meum: Hic est Sanguis meus, ita explicanda:
Hoc frangere & edere panem, hoc infundere & bibere vinum est ocularis
representatio, figuratio & annuntiatio illius, quod paulò post fiet in meo
corpore.

corpore. Vid. Cat. Rac. p. 220. 221. tit. de Off. Chr. proph. & notetur Syncretismus Calviniano-Photinianus in Sacr. Eucharist. Uti Photinia-Syncretiano-Papisticus in materiâ de Padobaptismo, de fide & justit. de lib. arbit. Smalc. ref. th. de Bapt. p. 322. Soc. in app. lib. Q. R. P. p. 74. Satis ad blasphemam heresin, quæ quantos sibi sumat Spiritus ex lib. sep. alleg. An. vana. resigmani hereseos liquet, cujus argumentum: Debere regni Poloniae & magni Ducatus Lithuan. homines Evangelicos, quibus sua salus æterna est cordi, se cœtui Photinianorum publicè adungere vid. p. 7. Pater idem ex Smalc. disp. 1. de Tr. pag. 8. 9. 10. Cassum illud & otiosum ædificium quod hæctenus pro fundamento fuit habitum, dogma sc. de Trinitate jam bonâ ex parte concussimus, & nostrâ operâ Deus alto suo Consilio, quicquid ad cognitionem veram Dei & Jesu Christi aliunde assutum est universo mundo patifaciet. Prope diem exhibebitur ista absurdissima simul & falsissima de Dei essentiâ opinio. Ea est futura existimatio de Trinitatis dogmate, qualis est hodiè inter omnes Evangelicos de missâ Pontif. de purgatorio & aliis nugis. Ita Goliathi illi ex barbarie suâ insultant castris Israelis & gloriantur aliquando de suis incrementis, quæ tamen Deus prohibeat. Evangelicorum cœtus (verba Socin. in app. lib. sub. all.) tanto perè deficit; noster cœtus non modò nihil imminutus: sed & pro sui ipsius proportionem non parùm auctus fuit; lausa sine dubio, nostræ doctrina Scripturæ & rationi maxumè consentanea: illorum verò utriqve admodum repugnans. Gloriantur de Ecclesiæ nostræ Ministrorum ruditate, & apostasiis: Certum est (ait Smalc. ref. Franc. de Ord. Eccl. d. 4 p. 384. plurimos esse inter vestros Symmittas, qui vix centesimam partem eorum, quæ tamen debebant, tenent, & tamen per annos non paucos Pastorum munere funguntur: idqve exinde nobis constat, quod interdum tales Ministri ad cœtus nostros transeant, qui sese cum Auditoribus nostrarum Ecclesiarum conferri quoad scientiam rerum divinarum, Præsertim verò intellectum sacrarum literarum etiam ex suo sensu nullo modo posse, ipsimet fatentur. Representavimus heresin & blasphemam & Gloriam abundam.

§. 36. Probandum superest, TUTISSIMAM nostram Religionem, & consequenter nullam Apostasiam nobis causam ipsorum Adversariorum iudicio. Lutherum non fuisse superbum, sed contra talem criminacionem nostram.


Judicium
Photinianorum de
Religione
nostra.

nem defendendum, Lutheranos item ministros non paucos sibi notos homines fuisse verè modestos & humiles, solidâ pietate in Deum & homines insignes, & tales præter illos esse per plurimos, dicit *Theophilus Nicolaides ref. tract. de miss. min. Eccl. p. 94.* Fundamentum Salutis à nobis non tolli, dicit *Smalcus ref. ib: Graw. p. 4. Postulatum Socini novissimum de nostris Ecclesiis, est Excommunicatio restituenda, velut impedimentum Apostatarum ad Papatum: de cætero concedit salvavi nos posse, etiamsi persuasi simus, à sententiis Photinianorum abhorrendum nobis esse. App. Soc. p. 72.* Fidem nostrâ de summa & æternâ Jesu Christi divinitate *Socinus dicit fuisse innumerabilium sanctissimorum Martyrum, Virorum & Foeminarum, & ad salutem consequendam, fidem nostram sufficere, suâ suorumq; fidem à communi sententiâ discrepantem, necessariam non esse. vid. Soc. resp. ad Ep. 2. Joh. Niemojevii p. 195. Audiatur iterum Theophil. tr. de Eccl. p. 19. contra Borcovium: si rem per se consideres, Evangelici revera sunt Christi Ecclesia. Jam pridem à nobis demonstratum est, & porrò demonstrare semper parati sumus, stante sententiâ Evangelicorum de Christo & ejus divinitate nos una cum illis non tantùm esse Ecclesiam: & per quos stat, quò minus id fiat, illos graviter peccare, & si id faciant ob causas carnales, de salut etiam periclitari. Nam quæ apud eos viget sententia de Christo & ejus divinitate, non tollit per se fidem in Christum, & veram sanctimoniam. Itaque speramus fore, ut Lutherani præsertim magis sobrii, malint nobiscum esse in unâ Ecclesiâ, quàm ad Pontificios redire. Similiter ac nos doctrinam salutarem habent. Claudat agmen adversariorum pro TUTISSIMA Religione *Volkelius resp. ad Van. ref. dis. Ned. Grod. Smigl. p. 31.* Lutherani non sunt hæretici, habent salutarem Christi veritatem, cujus sunt professores. Habent adeò veros legitimosq; Ministros: non errant in salutis fundamento: possunt cum illis, qui Ariani falsò nominantur unus esse ecclesius &c.*

TANTUM.

corpore. Vid. Cat. Rac. p. 220. 221. tit. de Off. Chr. proph. & n
 eretismus Calviniano-Photinianus in Sacr. Eucharist. Uti
 no-Papisticus in materiâ de Pædobaptismo, de fide & justit. de
 conf. Smalc. ref. ih. de Bapt. p. 322. Soc. in app. lib. Q. R. P. p. 74
 blasphemam heresin, quæ quantos sibi sumat Spiritus ex lib. sep.
 resigvani hereseos liquet, cujus argumentum: Debere regni
 & magni Ducatus Lithuan. homines Evangelicos, quibus
 æterna est cordi, se coctui Photinianorum publicè adjungit
 7. Pater idem ex Smalc. disp. 1. de Tr. pag. 8. 9. 10. Cassum i
 tiosum ædificium quod hætenus pro fundamento fuit h
 dogma sc. de Trinitate jam bonâ ex parte concussimus,
 operâ Deus alto suo Consilio, quicquid ad cognitionem v
 & Jesu Christi aliunde assutum est universo mundo patifa
 pediem exhibilabitur ista absurdissima simul & falsissima
 sentiâ opinio. Ea est futura existimatio de Trinitatis dogm
 lis est hodiè inter omnes Evangelicos de misâ Pontif. de p
 rio & aliis nugis. Ita Goliathi illi ex barbarie suâ insultant cap
 li & gloriantur aliquando de suis incrementis, quæ tamen Deus p
 Evangelicorum coctus (verba Socin. in app. lib. sub. all.) ta
 deficit: noster coctus non modò nihil imminutus: sed &
 ipsius proportionem non parùm auctus fuit: causa sine dub
 fra doctrina Scripturæ & rationi maxumè consentanea:
 verò utriqve admodum repugnans. Gloriantur de Ecc
 stræ Ministrorum ruditate, & apostasis: Certum est (ait S.
 Franc. de Ord. Eccl. d. 4 p. 384. plurimos esse inter vestros
 stas, qui vix centesimam partem eorum, quæ tamen d
 tenent, & tamen per annos non paucos Pastorum mur
 guntur: idqve exinde nobis constat, quod interdum tal
 stri ad coctus nostros transeant, qui sese cum Auditoribus
 rum Ecclesiarum conferri quoad scientiam rerum divi
 Præsertim verò intellectum sacrarum literarum etiam ex s
 nullo modo posse, ipsimet fatentur. Representavimus h
 blasphemam & Gloriantur.

§. 36. Probandum superest, TUTISSIMAM nostram Religi
 consequenter nullam Apostasiam nobis causam ipsorum Adversario
 cio. Lutherum non fuisse superbum, sed contra talem cri



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.